Fama est ægypti. Docet omne genus ferarum habere aras suas. Roma. i. omne genus uitiosorum esse in honore & p̄cio. Quod Iuena. sary. i. graphice docet: asserens nō nisi flagitiosos exilio & carcere dignos sublimari: & ideo inq;: Aude aliqd breuibus gyaris: aut carcere dignū. Si uis esse aliqd. Fama est ægypti. Idē docet Iuue. sary. xiiij. Quis nescit uoluisse bithinice qualia demens Aegyptus porteta colat: crocodilon adorat. Pars hæc illa pauet saturā serpētibus ibin &c. Multas ferarum. i. multas feras. Ista. s. ægyptiorum supstitiosorum & delirantiū religio minor est q̄ nostra. i. romana q̄a ferarum hic aras habet omne genus. Proposuisse ut in paradiso. Genesis. i. Dominamini piscibus maris & uolatilibus cœli: & uniuersis animantibus quæ mouent sup terrā. Sæpe etiā morbosa estas. Hoc quoq; uerum. Pecus omne: id q̄a pastor dicit: sed & hoies plurimi pestilentia absumi illic quotannis solent. Dū balat: id p̄prium est ouis ut boare bouis: & mugire tauri. Moritū duro sub pondere taurus Hæc oia nimis graphice habent geor. iij. Ecce autē duro sumas sub uomere taurus Concidit &c. Nec modus. i. finis est morbo. Non est medicina ueneno. i. infectiōi uenenosæ. Ibidē. Quæ sita q; nocet artes cessere magistri Phillyrides chiron amythaoniuseq; melāpus Ista feras raro pestis rapit. Id quid uerū. & tñ non ita multiplicant ut pecudes. Opulescunt. i. opulentæ & diuites fiunt: ut feræ sit nomē nam si feræ scribit referet ad lupos. Credere fallaci grauis est demētia famæ. Prouerbiale. Sensus autē est: si tractū fama: quæ erat oēs qui Romā accederent ditari illic cū pecore cōmigrasse & cū armis pastoralibus: quæ graphice enumerat. Mulctaria: uasa in q̄ lac trahitur & mulget. Cymbia uasa in morē cymbarum: in quæ transfunditur. Athena. i. lebetes ex ære factos. Et cacabos: aliud genus uasis quidā caldaria uocant: & q̄ format caseus: orbē. i. uas rotundū q̄ imprimi. Vñ a forma formaginē uocat Apuleius: vñ gallicū uocabulū. Hunc ut charum ostendat phanigeū. i. ex phago cōmemorat tornatū. Impensam. s. pecuniā atq; operas amissimus omnes: quæ erat uox corui aliquando Romæ uenum expositi.

Quid faciam? quo me uertam? sperata negantur

Paradus no
a sono tractu
que sup igne
posita facit / a
mris do de vlti
in qua puluata
ria requimur
pauis mris
Inuicem qd
sup forā p̄de
Paradus no mul
In inuicem est
gor puluata
equit an illo q̄
ad pondus mlti

Balare
Coare
Mugire

Multra
Cymbia
Cacabus

Pabu
In uer
Con
Etm
Hec
Hu
Ign
Con
Acq
Aut
Min
Con
Te
Vio
Cun
Em
Hip
On
No
Cun
Sal
Ne
Sti
Re
Qu
Fam

Pabula: tot casus: tot ubiq; pericula: cogor
 In ueteres remeare casa: & cepta fateri
 Consilijs egressa malis: iterumq; per aestus
 Et montana pati longos per saxa labores
 Heu pecus infœlix: o leuo sydere pastor
 Huc auecte fuit multo præstantius istud
 Ignorasse solum: patrioq; in limine tutos
 Consumpsisse dies: gelidis senuisse sub antris
 Atq; padi circum ripas athetis ue per agros
 Aut ubi per uirides campos & pastua nota
 Mintius it: uel qua uitreo natat abduca cursu
 Confedisse: gregem pauisse salubribus herbis
 Te tua credulitas: & me mea fallit in horas
 Vidi ego supremæ qui prosperitatis habebant
 Culmina: dum laudata petunt: cecidisse: nec unq;
 Emersisse malis: facit experientia cautos
 Hi prius explorant: & non laudata sequuntur
 Omnia: laude carent quæ sunt meliora: fuerunt
 Non nego quæ famam retinent: ac nomina seruant
 Cuncta suis pollent uicibus: luna / adria / troia
 Saluia: quas nobis memorabat sapius Vmber
 Nomine sunt solo: deleuit cætera tempus
 Si minor est patriæ forsan modo gloria nostræ
 Res tamen est melior: laudatæ gloria Romæ
 Quanta sit: in toto non est qui nesciat orbe
 Fama quidem manet: utilitas antiqua recessit

Fau.

P

Baptistæ Mantuani

^{prisca} ^{quibus} ^{maduerunt} ^{pascua} ^{fontes}
Illi prisca quibus maduerunt pascua fontes

^{humore} ^{carent} ^{uenis} ^{aqua} ^{defuit} ^{hauitis}
Nunc humore carent: uenis aqua defuit hauitis

^{pluit} ^{nubes} ^{tybris} ^{non} ^{irrigat} ^{agros}
Nulla pluit nubes: tybris non irrigat agros

^{aqua} ^{ductus} ^{ueteres} ^{construunt} [&] ^{arcus}
Tempus aqua ductus ueteres construunt: & arcus

^{castella} ^{ruunt} ^{procul} ^{hinc} ^{procul} ^{ite} ^{capellæ}
Et castella ruunt procul hinc procul ite capellæ

^{ieiuna} ^{fames} [&] ^{languida} ^{regnat} ^{agestas}
Hic ieiuna fames & languida regnat agestas

¶ Quid faciã. Desperãtis uox. Et cœpta fateri cõsilijs egressa malis
Quod summe dolendũ inuuit uirgiliana iuno. enei. i. Meme incoe
ptis desistere uicti. O læuo. i. sinistro & inimico sydere: pastor huc
auecte potius q̃ aduecte dicit: q̃ a bonis pascuis ad sterilia migras
se dolet. Istud. s. sterile & sceleratũ. Patrioq̃ in limine tutos cõsum
plisse dies: repete fuit multo tutius. Athelise p̃ agros. qui fluit ex
tripentinis alpibus: tridentũ alluit & uerona diuidit. Myntius flu
uius mantuanus nõ longe a Mätua in padũ fluens sepe cõmemo
ratus. Abdua qui a Strabone adua d̃r: fluuius ex uerbauo lacu or
tus in padũ quoq̃ incidit. Verbanus aut̃ ut Iarius & benacus ex al
pibus ortũ habet atq̃ incrementũ. Confedisse a cõcilio. i. locũ habi
tatiõis cepisse: ut ænei. i. Vultis & his mecũ pariter cõsiderere regnis
Gregẽ pauisse: repete ut dixi fuit multo salubrius. Te tua creduli
tas: docet nõ facile credendũ. In horas: & non in oras legendũ: sed
sc̃dm Vallã: q̃ nõ ponit nota excrementi potius diceret in horã.
Vidi ego: a certitudine argumẽtatur: q̃ plus ualeat oculus testis
unus q̃ auriti decẽ. Ordo est. Ego uidi eos q̃ habebãt culmã. i. sũ
mitatẽ sup̃mã. i. summã p̃speritatis. alludit ad rotã fortunã. Ceci
disse dũ petũt laudata: q̃ sæpe quæ bona & leta uident uertunt̃ in
peius. Vñ dici solet. d̃j bene uortãt. Nec unq̃. s. postq̃ semel incide
rãt: emerisse malis. i. caput extulisse e mais q̃ obruti erãt. Facit
experiẽtia cautos: & ideo senes difficulter inducũt ad credendũ: q̃
multã experiẽtiã fraudis habẽt. Hi. s. cauti: explorãt. i. exq̃rũt & ex
aminãt prius & nõ sequũt oĩa laudata: sed q̃ cõpererint bona: q̃
sæpe laude carent q̃ sunt meliora. s. laudatis. Nõ nego. i. fateor: sue
rũt. s. multa quæ retinẽt famã ac seruãt noĩa cũ nihil habeãt rei: sed
cũcta pollẽt suis uicibus. i. uicissitudinibus. vñ Comicus: Rerũ uic
issitudo est. Luna Adria Troia: Saluia: hæ urbes sunt q̃s Vmber
.i. doctus ille: cuius sæpe meminit: memorabat nobis (hoc semper
ne cõtra decoꝝ plus q̃ ut pastori cõperat sapere dicaĩ) sunt. s. nunc
solo noĩe: q̃ tẽpus deluit cœtera: q̃ oĩa senescũt & labescũt intẽ

Leuo

Athelise
Myntius
Abdua

pore. V
macra
reuctu
terze n
ur. A
qd' a
sculir
uene
est
in A
san
ga
intell
du
da
una
temp
mer
F
P
L
C
O
H
E
L
C
B
F
D
A
D

pore. Vñ tempus edaxq; rer; &c. Luna ciuitas olim Hetruriz ad
 macra fluuiũ iacebat: de q̄ Luca. Hoc ppter placuit tuscis de mo
 re uetusto. Acciri uatē: quor; q̄ maximus æuo. Arnus incoluit de
 fertæ mœnia Lunæ. Interijt em̄ nũc: sed regio adhuc Lunēsis noia
 tur. Adria quoq; urbs Italiae fuit: quæ mari cui uicina nomē dedit
 qd̄ adrianũ seu adriaticũ adhuc d̄r: & interdũ etiã adria gñe ma
 sculino mare ipsum qd̄ super; uocãt: q̄a orientē uersus in qua ora
 uenetiz sunt. Troia notior est q̄ ut de ea quicq; dicendũ sit. Delata
 est & Saluia: ut aliæ multæ: ut Sagunthus in hispania. Carthago
 in Aphrica: Corinthus in Peloponeso &c. Si minor est patriæ for
 san modo gloria nostræ. Ergo & Faustulus se mantu anũ indicat:
 q̄a ait: Res tñ est melior. Illi prisca &c. Per fontes beneficos poetas
 intelligit: ut Mœcenatē Augustũ Messalã Pollionē & siles. Aquæ
 ductus ueteres: manifesta est allegoria. Hic ieiuna fames & lãgui
 da regnat ægestas. Selecta & aut̄ apta epitheta: nã ideo fames: q̄a ie
 iuna: & ideo languidus quis fere quia egenus. ægestas em̄ languo
 rem parit: sicut & inedia: ut patet in apologo quē Liuius recitat de
 membris quæ in uentrem coniuauerunt.

Luna unde regi
 nã f̄o roma

Adria

lli prisca &c

Hic tamen ut fama est: & nos quoq; uidimus ipsi

Pastor adest: quadam ducens ex alite nomen

Lanigeri pecoris diues / ditissimus agri

Carmine qui prisca uates atq; Orphea uincat

Orphea qui traxit syluas & saxa canendo

Hic alios omni tantum uirtute Latinos

Exuperat: quantum tybrim padus / abdua macram

Lenta salix iuncum / tribulos rosa / populus algam

Credimus hunc illi similem / cui tytirus olim

Bissenos fumare dies altaria fecit

Hic quium custos ipso uigilantior agro

Daphnide nec solum / sed eo qui dicitur olim

Admeti pauisse greges per thessala rura

Doctior: omne pecus solymi curare magistri

Per de orpheo 7 o
 phione marrobis 6
 De sone Sripionis
 7 li: po de ora: a
 quim. freni

Agro qm̄ fingit omnes
 omni qm̄ in bini s̄m̄
 perunt omi: Celi lumin
 simu. m̄p̄t auzq; habeb
 Inq; suis uirib; rapiebam
 bina quicq; Ceter
 q̄ peruabat atq; in statos
 nebant

P

Baptistæ Mantuani

^{erat} Dignus: & antiquo dignus succedere patri
^{populi} Qui fuit Assyrii pecoris post retia pastor
^{populi} Iste potest seruare gregem: depellere morbos
^{irrigare terra} Humectare solum: dare pascua: soluere fontes
^{libi pastor romæ} Conciliare Iouem: fures arcere: luposq;
^{depelle} Si fauet iste / mane: q; si negat iste fauorem
^{suppelle} Candide coge pecus: melioraq; pascua quare

¶ Hic tamen ut fama. Huc tendit principale institutū: ut uidelicet Falconē sinibaldū a largitate laudet aut ad eā inuitet: cuius gratia uideat tota ægloga cōposita: ut fama est: quæ sæpe mendax. vñ Maro. Tam ficti paruiq; tenax q̄ nūcia ueri. Ideo addit. Et nos q̄ qui dimus ipsi. Pastor adest. Aut q̄ etiā impatores uocāt pastores: ut sermo sit pastoralis: aut q̄ dotarius & ut dicūt eleemosynari? est: & ita multorū pastor. Quadā ducens ex alite nomen: dī em̄ falco qd̄ & auis notæ nomē. Lanigeri pecoris diues. Maro in buco. Qz diues niuei pecoris q̄ lactis abundans. Ditissimus agri. Idē ænei. i. Huic cōiunx sicheus erat ditissimus agri phoenicū. Carmine q̄ pri scos uates atq; orphea uincat. More maroniano principē ab exercitu separat: ut egregiū significet. nā Orpheus unus pri scorū est uatum: sicut ænei. i. Reliquas danaū atq; immitis achilli. Vt i achilles nō excludit a danais: sed excellere atq; egregius esse significat. Orphea: pulchra repetitio. Qui traxit syluas. Idē in buco. Orpheaq; in medio posuit syluasq; sequentes. Et saxa: qd̄ amphioni ascribit Hora. dicēs in arte poe. Syluestres hoīes sacer interpsq; deorū. Cædib; & uictu scædo deterruit orpheus. Dictus ab hoc lenire tygres raquidosq; leones. Dictus & amphion thebanæ cōditor urbis: Saxa mouere sono testudinis & p̄ce blāda Ducere q̄ uellet & c. Tyberim padus. Est em̄ padus lōge maxim? fluuiorū Italiæ qnq; ostijs in mare adriaticū prorumpēs. Vñ geor. i. Fluuiorū rex Eridanus & c. Abdua fluuius latus. de q̄ iā dixi. Macrā fluuiū exiguū: cuius meminit Lucil. dicēs: Nullasq; uado q̄ macra moratus alnos. Macri aut cāpi sūt in medio bononię & rauēne & aliarū ciuitatū p̄ q̄s itur romā. Lenta salix iuncū. s. exupat. Populus arbor frequēs ad padū. Algā herbā quā p̄ncit aqua q̄ ad populū sepe iacit. Maro. Proiecta uilior alga. Credimus hūc illi. s. Augusto cæsari: cui Tytirus. i. Maro: Bissenos: ut in prima ægloga. Hic illū uidi iuueuena

Orpheus

Padus
Abdua
Macra

Alga

melibœe quorānis Bissenos cui nostra dies altaria fumāt. Ipso uigilantior argo : cui tñ centū erāt oculi: quorū bini dūtaxat somnū acceperūt. Verū falco q̄q̄ peruigil est auis. Vñ in epigrāmatis alludit de eo ad summū pontificē. Ducere sopitis pastor potes oia curis: Falco tuas argi more gubernat oues Daphnide sequit̄ doctior quē tñ theocritus & Maro doctissimū & diuinādi peritū inducūt Nec solū. s. daphnide doctior: sed eo. s. apolline nomio q̄ ob interfectos cyclopas nouē annis spoliatus diuinitate pauit armēta. Ad meti regis thessaliæ iuxta amphrisum: ut alibi diximus: quæ rura ergo thessala p̄ amphrisum. Omne pecus. i. torā ecclesiā catholicā: magistri solymi. i. hierosolymitani: uidelicet Petri. & dignus succedere patri. s. Petro papę q̄ pater dī: q̄. s. pater fuit in assyria. Post retia. i. relictis retib⁹ fact⁹ est piscator hoim. Cōciliare iouē aut deū aut summū pōtificē. Si fauet iste mane. Oēm ergo spem in falcone collocandā cēset. q̄d ut significet hoc argumentū excogitauit.

Argo

Aegloga. X. quæ dicit Bembus: de fratrum obseruantium & non obseruantium controuersia. Colloquutores Cædidus / Bēbus / Batrachus & Myrmix: post religionis ingressum.

M

Axima pastores agitatur discordia Bembe ^{Can.}
 Qui solymos colles galilæaq; rura canebat ^{collebat habent}
 Batrachus hinc; Myrmix illinc certare parati ^{7 melius}

Iudice te paucis: si non audire recusas
 Et nisi te reuocant maiora negocia dicent
 Tu pater es uatum: tu scis componere lites
 Iurgiaq; & blandis conuitia tollere uerbis
 Te quoq; pierios fama est potasse liquores
 Et uidisse deas: quibus est custodia sacri
 Fontis: & eurotæ campos ac Phocidis arua
 Ipse ubi fronde sua tibi tempora cinxit Apollo
 Dona dedit cytharam; neruos & eburnia plectra

Baptistæ Mantuanæ

^{o pastores} ^{regit} ^{Bent}
 Dicite quando quidē tepidos admouit ad ignes
^{hyemalis} ^{sumit} ^{patina}
 Nos hyberna dies; dum non finit ire per agros
^{exemus} ^{omnes} ^{centis} ^{sonoro}
 Bruma gregem; flata boreas dum sauit ætæto
^{gelu} ^{terra}
 Dum riget omne solum; tectis dum pluuia pendet
^{gutta in ligno congelata} ^{languet} ^{congelat} ^{aque}
 Stria; dum torpent sub aquis glacialibus amnes
^{zephirus} ^{in multis ad montibus}
 Ocia damnantur: quæ nulla negocia tractant

ire. l. 3.
 in principio scri
 publici scripsit
 dicit felix
 e minis scripsit
 Batrachos
 Myrmix

Solymos

Eurotas
 in lacu qui
 lino l. 2 de ob
 n. v. b. l. 2
 Parnalus
 pterfluit

¶ Maxima pastores. Hac ultima ægloga quā ut superiorē in religione cōposuit: agit carmelitarū fratrum obseruantium: quorū partes Batrachus agit: & nō obseruantium: quos Myrmix defendit: cōtrouersia: fictis nō ab re contendentiū uocabulis. Nā batrachos rana dicitur: cui fere simile hnt carmelitæ de obseruatione interiorē tunicā: quæ picea: aut (ut dicunt) grisea. Myrmix aut formica quæ nigra est ut nō obseruantium tunica. Maro. It nigrū capis agmen. Præterea ut in fabulis est. ranæ elegerūt regē: ut obseruantes sub uno cōmuniter uiuunt patre. Formicæ aut in una quidē domo multos habent magisteratus ut nō obseruantes diuersas hnt culinas. Litē pponit Candidus: per quē fere autorē intelligo. Pastores. i. carmelicolas aut freres de carmelo profectos. Solymos. i. hierosolymitanos. Tu pater es uatum: Forte generalē ordinis hoc noīe appellat: qui pater est uatum: quia carmelitarū qui filij olim erāt pphetarū & pphetæ: qui & uates dicuntur. Tu scis cōponere. i. finire: ut Ante diē clauso cōponet uesper olympo. Et in buco. Nō nostrū inter uos tãtas cōponere lites. Vñ qui pacto litē terminant: se cōposuisse aut cōposuonē fecisse dicunt. Pteros liquores. i. haustus musicos quibus poeta euasit. Et uidisse deas. s. musas: quibus uisis & ab eis ad Hippocremem ductus Hesiodus poeta euasit: vñ Oui. Ecce deas uidi nō quas preceptor aradi Viderat: ascreas cū sequeret oues. Neutro aut modo dicit se Persius euasisse poetā in principio sic. Nec fonte labra prolui caballino. Nec in bicipiti somnia sse parnaso Memini: ut repete sic poeta prodire. Et eurotæ campos. Eurotas fluius est laconicæ laurifer: vñ illic phœbus fingit docuisse lauros. In bucoli. Maro. Omnia quæ phœbo quæ meditante beatus Audiit eurotas: iussitque ediscere lauros: Ille canit. Ac phocidis arua in quibus parnalus est mōs totus musis cōsecratus. Oui. Separat aonios actæis phocis ab aruis Terra serax. Et paulo post. Mons ibi uerticibus petit arduus astra duobus: Noīe parnalus: superatque cacumine nubes. Fronde sua, i. lauro. Maro in buco, Phœbo sua semper apud me Munera

Bapt
 sunt laur
 dir: neru
 inuenit:
 padon:
 mon m
 omnis a
 quasi
 ut ad
 bino.
 regna
 le trig
 Torp
 vñ C
 to nur
 is esse
 declar
 loqui
 us op
 Non
 P
 Pro
 Coru
 Qui
 Arbi
 Hist
 Dep
 Rixa
 Batr
 Ex Fr
 Vidi
 Ver
 Fons

sunt lauri. Dona dedit. s. sua: cytharā quā a se inuentā Orpheo de
 dit: neruos. i. chordas: & eburnea plectra. i. lyrā heptachordē quā
 inuenit: cū retrachordis mercurij dicit. Hora. in ar. poe. Ne forte
 pudori Sit tibi musa: lyræ solers & cantor apollo. Dicite: sic Pale
 mon maronianus: Dicite quāquidē molli cōsedimus herba. Et nūc
 omnis ager: nūc oīs parturit arbor. Quod hic ex industria mutare
 quasi per legē amœbei carminis contrariū dicens. Tepidos admo
 uit ad ignēs & c. Sic Persius. Admouit iam bruma foco te Basse sa
 bino. Boreas uētus septētrionalis dicitur rex Thraciæ: q̄ illinc ubi
 regnat ad nos ueniat flatus est acuti. vñ Maro. Et boreę penetrabi
 le frigus adurit. Dū riget. s. gelu. Stiria guttæ in longū congelatæ.
 Torpēt stagnantiū more. Ocia dānant quæ nulla negocia tractāt
 vñ Cice. in prin. iij. offi. Publiū Scipionē dicere solitū scripsit Cas
 to nūcq̄ se minus ociosum esse q̄ cū ociosus: nec minus solū q̄ so
 lus esset. Magnifica uero uox & magno uiro & sapiēte digna quę
 declarat illū & in ocio de negocijs cogitare & in solitudine secū
 loqui solitū. Vbi scies ociosum dici qui muneribus publicis uacu
 us operā dat reę cognitioni: unde poetica studia ocia uocantur.
 Non ergo ociosus nihil agi: sicut cessator:

Boreas
 Stiria
 Ociosus

Pastores genus infœlix æstate uagamur
 Pro grege solliciti: sed nos cum frigidus imber
 Conrinet in stabulis: lites & iurgia surgunt
 Qui ueteres audent ritus mutare: suocq̄
 Arbitrio & nullis ducunt sub legibus ætæ
 Hi sunt o Myrmix qui bella domestica gignunt
 De ueteri ritu: de consuetudine patrum
 Rixa igitur uobis: leges moresq̄ parentum
 Batrache dic: dic cur nostrum uenistis in orbem
 Ex Phœnice solo: nos pascua uidimus illa
 Vidimus herbosos foelici uligine campos
 Vertice carmeli uitreis uberrimus undis
 Fons cadit: & rauco densum nemus irrigat amne

Myr.
 Batra.
 Bembus Indez
 P. iij
 Dno fut motes amores q̄
 qui hoc uobis uocat alie
 lile p̄m̄is alter in
 palomada mari imm
 in quo habas p̄p̄ria f
 pluma imperant d

Be
 er ag
 it ae
 luid
 det
 us a
 tra c̄
 uā ut
 ruan
 ymi
 is. N
 oie in
 rmica
 gmen
 sub ur
 no ma
 as. Li
 i. cari
 ymit
 pellat
 etare
 An
 inter
 ofuill
 ficos d
 be is a
 e deas
 ues. N
 abra pro
 c. Ne
 nalo f
 oras fi
 uros.
 dije cu
 gibus
 os act
 uertici
 cum in
 per a

^{nos} ^{flamini}
Vidimus & iordanis aquas: ubi maximus olim
Pastor oues mergens scabsem refecauit auitam
Amnis hic a libano ueniens Galilaea per arua
Transit: & ampla lacu confurgit in equora magno
Vnda coit rursus: rursus mare fundit apertum
Vrbs ubi Romani de nomine dicta tyberi
Vnda coit rursus: tandem hiericonte relicta
Intrat in infames asphalti gurgitis undas
Hinc satis est nos oram omnem uidisse probatum
Dicite: & hinc tandem uestras demergite lites
Batrachus audaci semper sese ingerit ore
Et mihi se praefert magno temerarius ausu

ad long p fundus
 aquis p petris
 sed uat de
 rinos 7 flum
 efficit

Non ego me ingessi: processi a iudice iussus
 ¶ Pastores genus infelix: Proponit Myrmix litē detestās eo qd q
 de obseruatiōe nō sunt qa molliorē ducūt uitā: uellēt in suo statu
 sine cōtrauersia & molestia permanere: cōtra de obseruatōe uellēt
 oēs sui similes esse. Aestate uagamur p grege solliciti: allegoricos
 p uictu. Sed cū nos frigidus imber cōtinet in stabulis. Maro ge. i.
 Frigid° agricolā si qñ cōtinet imber. Nō exire aut stabulis tūc do-
 cet ibidē sic. Cū pprius stabulis armēta tenerēt. Lites & iurgia sur-
 gūt argute quasi in odiū iurgiorū litem refugit. vñ Batrachus Qui
 ueteres audēt ritus mutare &c. Hi sunt o Myrmix q bella domesti-
 ca giguunt. q. d. non nos sumus in culpa: qui uelimus in pace sine
 iniuria uiuere: sed qui ordini & pfessione nostrae iniuriā inserūt p
 novos ritus. Interloquit aut Rembus significās se peritū locorū &
 obseruatōis ueteris ut idoneus cōprobet iudex arbitrarius. Leges
 moresq; parentum. i. patrū & maiorū tuorū ad quos reuocare uis.
 Dic cur nostrū uenistis in orbē. i. europam. Ex phoenice solo. i. ex
 galilaea quā phoenices scdm Strabonē habitāt: & quē est in phoe-
 nicia. Nos pascua uidimus illa: ut pastor alē agere rem uideant &
 nō impertinentē ad bucolicū carmē dicit pascua nō claustra. Foeli-
 ci uligi. Vlgo (inqt Seruius) est naturalis terrē humor ab ea nūq;

Vlgo

Be
 discedens
 sicat. Ver
 it. Vbi m
 rū alepr
 biam aui
 iordanis
 iordani m
 leānis
 mine d
 clinat h
 & multa
 est p m
 sorpe lu
 lag una
 est nos u
 i. obruit
 res Ermi
 seruatiō
 xerat em
 Pone
 Orand
 Batrach
 Interea
 Quifur
 Impate
 Quicqu
 Bembe
 Venim
 Est pace
 Pastoru
 Flamini
 Mobile

discedens. vñ uliginosus ager semp humidus est: humidus aliqñ
 siccañ. Vertice carmeli vitreis uberrimus undis Fons cadit. i. deflu
 it. Vbi maximus olim pastor: nō tā de Heliseo qui illic Naam sy
 rū a lepra mundavit: q̄ de diuo Ioanne Baptista loqui videt: q̄ sca
 biem auitā. i. originalē maculā refecauit baptifando. Amnis hic. s.
 iordanis a libano ueniēs p̄ duos fontes qui dicunt ior & dan: vñ
 iordanis nomē. Sursum mare fundit apertū. s. tyberiadis. de quo
 Ioānis. vi. Abijt Iesus trās mare gallilæe q̄d est tyberiadis. De no
 mine dicta tyberī p̄ tyberij. s. tyberias: tandē hiericunte relicta. De
 clinat hęc hiericus huius hiericuntis: sicut amathus amathuntis:
 & multa alia. Intrat in infames asphalti gurgitis undas. Asphalt⁹
 est qd̄ mare mortuū uocāt: in quod urbes illæ quinq; infames ab
 sorptæ sunt igne & sulphure p̄pter abhominabile crimē qd̄ ab ile
 lar̄ una zodomiticū uocāt. Hinc. i. ex his quæ dixi satis probatū
 est nos uidisse omnē oram. i. regionē illā. Dicite ergo & demergite
 .i. obruite & sopite. hoc est finite tandem hinc. i. de hac re uestras li
 tes. Et mihi se præfert magno temerarius ausu. Volunt em̄ de ob
 seruatione ut sunt præstantiores haberi. Processi a iudice iussus: di
 xerat em̄ iudex Bembus: Batrache dic & c.

Iordanis

Asphaltus

*Asphaltus lapis
me de*

Pone pedū Myrmix: & tu quoq; Batrache: nō est Bem:
 Orandum armatis manibus: sed mentibus æquis
 Batrache dic: Myrmix animi compesce furorem
 Interea: ut uenias magis ad responsa paratus
 Qui furit insanit: qui uero insanit amaro
 Impatiens animo: nec corda nec ora gubernat
 Quicquid ait uanum est: quicquid molitur ineptum
 Bembe genus nostrū: generisq; exordia dicam Batra:
 Venimus affyrjjs (ut Candidus inquit) ab oris
 Est pater Helias nobis: qui sustulit armis
 Pastorum genus omne malum: qui traxit olympo
 Flamigeros ignes: qui ascendit in æthera curru
 Mobile & antiquum genus hoc: & chara propago

Baptistae Mantuani

pastores alij quotquot per rura uagantur

Omnia sunt riuu nostris a fontibus orti

Non dedimus leges: pascendi ostendimus artem

Quo magis hi peccant qui cum sint ordine primi

Primatum amittunt studia inconconsulta sequendo

Nos radix: alij rami: sed nos quoq; rami

A ueteri radice patrum iam aetate caduci

Tradidit Helias certam pastoribus artem

Qua curare greges: qua noxia pabula fas est

Discere: & occultos imbres: uento scq; latentes

Qui ue salutaris foret: & qui pehifer annus:

Signa dedit: nihil omisit quod ouilia tangat

Sed fons ille fluens carmeli e rupibus altis

Tam nitidus quodam: tam dulci lymphidus unda

Tramite mutato (patet id) modo currit in austrum

Sed prius (extrat adhuc uetus alueus) ibat ad ortum

Hi cursus fecere nouos: liquere priores

Quos dederat riuo ueterum prudentia patrum

Pone pedu myrmix. Quia acris lis est: ne ex uerbis ad yba pro
rampat monet tela deponi: p quib; pastores pedu hnt. Et tu q; q
Batrache: bona fantasia priorē cōpellat eū qui de obseruatiōe nō
est quasi ardētior sit ad arma. Nō est orandū. i. cause nō sūt ab ora
toribus dicendæ corā iudice armatis manibus. Id em uerāt leges.
Sed mēribus equis: quia disturbatis animis facile ueritas ledit. Ba
trache dic: repetit & cōfirmat qd supra dixit. Ut uenias magis ad
responsa paratus. Bona admonitio: qa ardētes ita raro se purgant
ut decet: intēti ad ingerēda potius cōiuitia: ut patet apd Maronē in
Palemone. Nec corda nec ora gubernat: vñ Hora. Ira sur or bre
uis est: animū rege q nisi parer impat. Quicqd molit. i. cū molimi
ne & difficultate conat attētare. Bembe genus nostrū: ut gratiā &

re pastoralia
videtur oia ad
pastores referri
officia pastor
ex ordine pastor
est curare uer
vitare pncula
noxia qor 2 q
re diebus
ligiosi ad
reut raryngy

Ira

Be
beniuolen
qui ipsius
rat em. Q
Syria est:
bites. de c
Necio a
mis coel
st. lit. q
dei ego
tuos. I
Quia le
qui ger
lias: & la
prima co
Hiero. q
reore lin
o tēdim
appetit
riatū ar
rii sint.
sultra. i
ri radice
collarē
ri quon
Tradidi
ute lize
centate
goricos
la noxia
i infecti
a rin ge
pofitoe
bit Sed
rus & d
ridit. q
ria. Iuu
coquite
ueria atq
erius &
Exat ali

beniuolentiā iudicis capter: appellat eū pprio noie: pollicetq; ex
 qui ipsius iussa. Venimus assyrijs (ut Cādidus inqt) ab oris. Dixe
 rat em. Qui solymos colles galilæa; rura colebāt. Iudea em in as
 syria est; cuius caput olim babilonia. Est p̄ Helias nobis. s. Thel
 bites. de quo. iij. & iij. regū abundās mētio sit. Qui sustulit armis
 Nescio an legendū sit aruis. Q. si legendū est armis: intelligā de ar
 mis coeli aut de ignibus coeli: quib; armatus duas qnquaginta su
 stulit. qui traxit olympo flāmigeros ignes ut. iij. regū. i. Si homo
 dei ego sum: descendat ignis de caelo & deuoret te & qnquaginta
 tuos. Idē iij. regū. xvij. Inuocauit ignē qui deuorauit holocaustū
 Qui ascendit in æthera curru ut habet. iij. regū. ij. Nobile & antiq
 quū genus hoc & clara ppago: qa monasticæ uitę princeps est he
 lias: & sanctis lris p̄fillustris. Propago aut qn p̄geniē significat
 primā corripit: quā p uite pducit. Pastores aliq. Id (ut dixi) diuus
 Hiero. qz sentit. Nos dedimus leges: qa primi fuerūt q religiosorū
 more simul uiuerēt: & monasticā uitā in carmelo agerēt. Pascendi
 ostēdim⁹ artē. i. normā sil' uiuēdi. Quo magis hi. s. q noua instituta
 appetūt: & uetera q̄ digniora & meliora sūt immutare uolūt. Pri
 matū amittūt: qa dicūt se ultimos mēdicantiū approbatos cū pri
 mi sint. qa iussi sunt in solido statu pmanere. Sequēdo studia incō
 sultra. i. incōsultorū: quibus nouitas placet. Sed nos q̄q; rami a uete
 ri radice. i. pullulauimus a patrib; nostris: sed aliq̄ si p imitationē
 collateraliter: nos p ppagationē ex uera radice. Caduci grate. i. an
 tiquitate a prima pfectiōe decidētes. qd̄ dicit ppter nō obseruātes
 Tradidit Helias certā pastorib; artē. i. formā recte uiuēdi exēplo
 uitæ suæ reliquit. Qua curare greges. ut rē pastoreā (ut dixi) agere
 censeat: oīa ad pastores refert: oñ dens officia pastoris ouiu: cū alle
 goricos intelligat aīorū. Pastore em est curare greges: uitare pabu
 la noxia: qa certis dieb; saltē abstinēt carnib;: & occultos imbres
 .i. infectiōes & uentos latētes: murmura (ni fallor) intelligit. Maro
 aut in geor. i. dat uerorū uētorū pgnostica. Nihil omisit: more suo
 positiōe primā pducit: cū Hora. & fere aliq̄ omisit prima breui scri
 bāt Sed fons ille fluēs: allegoricos uita religiosa: tālympidus. i. pu
 rus & clarus. Tramite mutato (pater id) inō currit in austrū. i. me
 ridiē: q̄ aiantib; in Italia p̄sertim est pestifer: qa corrūpit etiā obso
 lia. Iuue. tñ hic p̄parat uelut urgeat auster. Hora. Præsent es austri
 coquite horū obsonia &c. Allegoricos uult bona instituta esse in
 uersa atq; deprauata Sed prius ibat ad ortū. s. solis. i. ad orientē: qa
 eurus & boreas salubres sunt uēti. Allegoricos intelligit ad coelū
 Extat adhuc uetus alueus: per quem. s. fons ille fluere solebat. i. ad

Propago

Lymphidus

Baptistæ Mantuani

huc reperiunt reliquæ veteris religionis. Extare enim est superstic esse
aut supstare dū reliqua occiderint. Hi. s. noui qui nō obseruant.

Quid tibi: siue nouo currat seu tramite prisco **Myr.**

Dummodo fecundis humectet pascua lymphis:

Et quid de cœli quereris regione: per austrum

Solis iter: melior uitis quæ respicit austrum

Et melior legitur libycis de collibus uua

Est melior taxus boream quæ respicit. ergo **Batra.**

In boream melius poterat decurrere ritus

Pastor es & cura pecoris malefane relieta

Sermonem de uite facis: quasi legibus h̄sdem

Grex & uitis eant: nec quod discrimen in tūdis

Gramineq; & uentis nostri & q̄ noxius auster

Sit pecori: disce a Roma si noxius auster

Cur mutinensis agri pecudes sunt uellere fusco:

Cur clitumnus habet niueas: cur Mantua molli

Lanicio excellit: Veronæq; proxima manto

Vnde hæc multiplici rerum uariantia forma:

Non aliunde nisi a cœlis: & gramine & unda

Cadide utraq; pedū procul hinc (roga) ptinus aufer **Bē.**

Inter eos hodie uideo bellum acre futurum

Clam cape: & auferto: subter sarmenta reconde

¶ Quid tibi. Rustice responder Myrmix: ut doceat non obseruan-
tes sere indoctos: & non literis sed perditis studijs uacare. Quid ti-
bi. i. ad te: sicut in euange. Quid tibi & mihi mulier: Dūmodo fœ-
cundis. id quidem uerū si eam fœcunditatē pariat quā Batrachus
desyderat. Per austrū solis. iter: quia semper est in zodiaco. Melior
uis. s. est quæ respicit austrum: quia respicit solē incumbentē. vñ

roma n̄ntas est //
quere clara nō
in ab alpid in
ia r̄ntab natge
i: Mantua v̄gi
v̄ndet verum
iubo

devo

Ber
deu est D
bycis de ce
delibycis
nō esse res
nū contin
gora sed
colles: a
in ad be
ros ebr
Qualile
gar: q̄ la d
vni cop
desumar
rentia. s. lit
si noxius: r
bi: Cur m
clitumnus
in m̄p̄hi d
maxime r
tēpla deū
que ps e d
q̄ n̄la c
larico ex
q̄ p̄xima r
mur nisi n
ibus: ut n
dū. bacu
beta puen
unū q̄ p
galicū no
Bemb
Dum co
Dedecus
Nec mer
Tempo
Nudabar

dictū est. Deniq; apertos bacchus amat colles. Et melior legitur li-
 bycis de collibus. i. libyā: hoc est meridiē respiciētibus: aut reuera
 delibycis intelligit obeandē rē. Est melior taxus: docet Batrachus
 nō esse responsum ad rē: q̄a licet ad austrū uersa uitis sit melior: nō
 tñ continuo melior est pecori auster q̄ eurus. sicut licet taxus q̄ fri-
 gora scd'm Maronē amat. Dicit aut. η. geor. Aptos bacch^o amat
 colles: aquilonē & frigora taxi. præstātor est ad boreā: nō statim
 tñ ad boreā est melius pecus. Sermonē de uite facis. Argute taxat
 eos ebrietatis & uinositatis: q̄a ex abundantia cordis os loquitur
 Quali legibus isdem: aut potius isdē grex & uitis eant. qd̄ esse ne-
 gat: q̄a sæpe ubi maior copia uini: minor est pecorē. Innuēs p hoc
 uini copiā officere castitati religiosorū: nā uēter mero æstuās facile
 despumat in libidinē: ut autor est Hiero. Nec qd̄ discrimē. i. q̄ diffe-
 rentia. s. sit: & q̄ noxius. i. nocius auster sit pecori. Disce a Roma
 si noxius auster: Id quidē manifestū: q̄a eo flāte uarij generāt mor-
 bi. Cur mutinēsis agri pecudes sunt uellere fusco. i. subnigro. Cur
 clitumnus habet niueas. s. pecudes: sed & iuuēcos ac taufos q̄bus
 in triūphis utebant. vñ Maro geor. η. Hinc albi clitūne greges: &
 maxime taurus. Victima sæpetuo pfusi fluuie sacro: Romanos ad
 tēpla deū duxere triūphos. Clitumnus aut fluuius est in Meuania
 quē ps est umbrie partis tusciae. de q̄ fluuiō dicit Pli. in natu. histo.
 q̄ aialia q̄ eū potauerūt albos foetus pcreant. Cur Mantua molli-
 lanicio excellit: Est tñ in Euganeis mollior: sed uicini sunt. Verona
 q̄ pxima manto. i. mātuæ urbi. Usurpatiuē dixit mātō: q̄a nō uti-
 mur nisi nō actō & utō in o: & gō in us a græcis in o longū exeū
 tibus: ut mātō mantus. Candide utrūq; pedū. quia deposuerāt pe-
 dū. i. baculū pastoralē: sed nō lōge a se reiecerāt: ne a uerbis ad uer-
 bera puenirēt: monet sedulus pastor Bembus secrete Candidū: ut
 utriusq; pedū subter sarmēta recōdat. Sarmēta aut (quia nō omēs
 gallicū noscunt) sunt putamina & relectamenta uitium.

Clitumnus

Manto

Sarmenta

Bembe mihi tecū sermo est dū uiximus una

Bat.

Dum commune pecus nobis fuit: heu mihi quantum

Dedecus; heu quot sunt pecudes incommoda passæ

Nec mersare gregem fluuiō: nec uellera certis

Temporibus (sicut mos est) condere licebat

Nudabant spineta pecus; nudata secabant

Qui:
hey mihi q̄ mel-
lis amor d̄ mel-
lib. his serbis d̄

is. Exare em e
 non qui nō
 tramite p
 pascua lym
 per austrum
 austrum
 bus uua
 spicit. ergo
 rere ritus
 ne relieta
 gibus isdem
 rimen in ua
 noxius auste
 us auster
 ut uellere ful
 Mantua m
 xima manto
 riantia forma
 mine & unda
 (rogo) p̄uina
 re futurum
 armenta reco
 mix: ut doceat
 er ditis studiis
 & mihi mulier
 ndurat pariat
 semper est in a
 r elpiciat solē it

Baptistæ Mantuani

Terga rubi; scabie cutis aspera; tabidus humor
 Pestis; & in totum serpebant ulcera corpus
 Multum igitur refert pecudes quæ pabula carpant
 Flumina quæ potent; & qua regione morentur
 Dic mihi dic; Myrmix priscum cur lana colorem
 Perdidit; hæc gregibus quidnam noua uellera fecit;
 Cur pecus est nigrum; quod erat melioribus annis
 Clarum; immutarunt mutati uellera mores
 Bembe ad te redeo; paucis absoluerenitar
 Sed quo digna omni tua sit sententia laude
 Vera loquar; tu iura tenes; ego facta docebo
 Iudicium reddit uerum enarratio uera
 His animaduersis ægre tot damna ferentes
 Vehimus ad fontem; riuumq; a uertice summo
 Scrutari mihi cura fuit; tu prouide Myrmix
 Interea nidos auium; uel dorcada paruum
 Venabere; tuæ quæ dona darentur amata
 Bembe uides ut aperta in me conuicia torquet
 Auguror; ista manu lris est non ore agitata
 Mos mihi non lingua maledicta re fellere dextra
 Batrache ne uerum taceam; linguosior æquo es
 Iurgia bilem acuiunt; conuicia pectus acerbant
 Non tibi cum puero res est; nec homuncio Myrmix
 Res male tuta uiros lingua irritare proterua
 Da ueniam Myrmix; amitam proferre uolenti
 Nescio quis mihi misit in os malus error amaram.

ad id qd existens
 mediator batra:
 inrepat ppter
 gntis in sturmi
 e soluta

Myr.
 Can
 Batra.

Docten
 Bembe
 diuixit
 tibus fei
 des inco
 ge fluu
 i. mud
 est. Ta
 facitq
 didit q
 stibus p
 illiterati
 scus ind
 ceus colo
 caulerut
 rtes nat
 ro censu
 pitar mo
 tur no u
 amus e
 Vellera
 plic scri
 fiducia
 tem. s. rel
 pia sylue
 re. Idama
 mihi no
 facei. My
 re signifi
 na pceder
 diu. Can
 ex pers. lin
 gna bile. i.
 ro. Nec
 mica inter
 grana man
 Vitos. qd
 ta parris est
 tar tur mun

^{ignos} ^{perna} ^{proced}
Do teneam; caue ne rursum me uoce laceffas

Myr.

¶ Bembe mihi tecū sermo est. q. d. in hoc hoīe nihil uideo ratiōis; dū uiximus una. i. priusq̄ p̄ reformationē (ut aiūt) a nō obseruan-
tibus seiuncti sumus. Heu mihi quantū dedecus: heu q̄r sunt pecu-
des incōmoda passæ. q. d. maxima & innumera. Nec merfate gre-
gē fluuio. i. debitā curā animis adhibere. Nudabāt spineta pecus
.i. mūdancæ cogitatiōes & cōuersationes: nā litera (ut dicūt) aperta
est. Tabidus humor; uitiū carnis. Multū igit̄ refert. i. distat ad rem
facitq̄ pabula: de spiritualibus intelligit. Priscū cur lana colorē p̄-
didit: quia prius ut ex alueis cōprobauerūt obseruātes usi sunt ue-
stibus piceis seu gryseis: qualibus adhuc in nōnullis utunt̄ fratres
illiterati q̄s cōuersos uocāt. Noua uellera: q̄a tūc nigra sunt intrin-
secus indumēta: q̄d factū dicūt ut unius uideant̄ gregis: quia em̄ pi-
ceus color ut in fratribus diui Francisci uidemus: iā uariis est: con-
clauerūt in nigrū immutare. quē de obseruātia italica respuūt pu-
tātes naturalē & sine fūco factū magis cōgruū religioni: q̄d & Ma-
ro censuit dicēs: Nec uarios discet mētiri lana colores. Veritas em̄
p̄stat mēdacio. q̄d erat melioribus annis clar̄. Si de exteriorē loqui-
tur nō uideēt̄ p̄cedere: q̄a oēs adhuc candidā seruāt chlamidē. Di-
camus ergo clar̄. i. subnigrū: qui respectu plane nigri clarus est.
Vellera uulgo gemino l̄ scribit̄: q̄a tñ a uelando uenit potest sim-
plici l̄ scribi. Vera loquar. Oratorie iuxta rhetor̄ p̄cepta p̄ se fert
fiduciā. His ai aduersis. i. malis q̄ pecori obuenerāt: uenim⁹ ad fon-
tem. i. religionis uel dorcada. Dorcas græce d̄r: latine caprea. i. ca-
pra syluestris. Tu p̄uide: ironicos id refert: tuæ q̄ dona darēt ama-
tē. Id amare: sed utinā nō uere. vñ myrmix Bembe uides & c̄. Mos
mihi nō lingua maledicta refellere dextra. Id aut̄ acerbis cōtra se
fateēt̄. Myrmix. i. nō obseruās: ut se longe a dñico cōsilio abhorre-
re significet: q̄ auferēt̄i palliū docet potius tunicā addere q̄ in pug-
nā p̄cedere aut litē inutilē fouere. Ver̄ q̄a neut̄r̄ decēt cōuitia acce-
dit Candidus bene fungēs officio suo: q̄a candidus d̄r oīs liuoris
expers. linguosior. i. uerbosior æquo. i. q̄ equū & honestū est. Jur
gia bilē. i. colerā quē stomachū mouet: q̄a sermo durus suscitāt fu-
rorē. Nec homūcio Myrmix: id iucunde: q̄a Myrmix (ut dixi) for-
mica interpret̄: cui robur p̄ modulo corporis maximū inest: quia
grana maiora se insert̄ interdū in oua sua: se quoq̄ maiora trāsfert
Viros. q. d. animosos & mares aīos. Amitā p̄ferre uolenti. Amita
ta patris est soror: ut matertera matris: cui honestius q̄ amatæ mit-
tantur munera. Cætera nota ut hæc fere nota putem.

Dorcas

Bilis

Amita

Matertera

Baptistae Mantuani

^{vinnis} Alueus excelsa saliens de rupe lacunam

Foderat: & clausis ripas æquauerat undis

Gurges erat textu sylvarum umbrosus opaco

Densaq; sepierant tristem spineta lacunam

Mille uenenorum species in gurgite uidi

Mille secus ripas opaco margine mille

Per nemus ad lymphas sinuoso serpere gressu

Obstupui & rapido rediens ad ouilia cursu

Incipio paleas furca uersare tricorni

Ecce caput tollit coluber: linguaq; trifulca

Sibilat: in flantur fauces: nepa liuide tendit

Brachia: uentrosus profert uestigia buffo

Vipera per stipulam gradiens strepit: o loca dixi

Non pecori tantum: uerum & pastoribus ipsis

Noxia: mox grege diuiso de sedibus illis

Pascua quæ situm tristis meliora recessi

Perq; iter antiquum fontis noua flumina duxi

In campos: ubi prima suos aurora colores

Explicat: & croceos phœbi redeuntis ad ortus

Hic mihi foecundæ pecudes: hic pascua læta

Et sine labe liquor: dulces sine crimine lymphæ

Hæc loca primæui sunt quæ coluere parentes

Signa casæ superant: puteus: cariosaq; ligna

Fixa solo: seiuncta pedum discrimine septem

Et focus: & lacera quæ cingitur area sepe

¶ Alueus excelsa. Docet Batrachus quid in fonte uiderit: dicens

epa qd scorpiones
at latic ant aq
rargni edele dnt
itipi 7 paxorum

si quis ueteribus
bat ractis ee vinez
dm antiquu statu
in 9

Alueu
cunã.
uortex
clausu
malor
ligiois
haber
hic e
uent
ui p
cõy
scãe
incol
mult
iurq
scellit
iuxta
uersu
Hæc
goria
onal
pidu
pedu
cois
quæ p
beat
C
Prop
Fing
Cura
Prop
Hæc
Relig
Quat
Segn

Alueus, i. riuus saliens de excella rupe: foderat, s. præcipiti casu: la
cunã, i. receptaculũ aquarũ & sordiu: & æquauerãt & c. Guiges, i.
uortex aquarũ: spineta, i. spinæ densa sepierãt, i. sepimẽto quodam
clauerãt. Ego uidi mille species uenenorũ, i. paruã traditõnũ &
malorũ meorũ: ad, i. iuxta lymphas, i. aquas, i. uidi fontẽ primæ re
ligiõis penitus infectũ. Obstupui & c. furca tricorni, i. tria cornua
habent. Nepa liuida, i. scorp us hñs uenenũ liuidũ sub cauda. Sed
hic dicit liuida brachia, i. chelas liuẽtes: uetrosus, i. hñs magnum
uentrẽ. Bufo, i. rana uenenosa. Vipera, i. aspidũ pessima sic dicta q̃
ui pariat: quia nõ põt ædere foetus suos quos ore cõcipit & patrẽ
cõcipiẽdo necat: sed ipsi uicini patruĩ aut iã maturi ad partũ dẽtibũ
secãt uentrẽ maternũ: & ita uipa neq̃ patrẽ neq̃ matrẽ uidit unq̃
incolumẽ: q̃d benignitate naturæ in nos efficit: netã noxia pestis
multiplicet. Pascua q̃sitũ tristis meliora recessi. Quæsitũ supinũ est
i. ut quærã aut q̃siturus meliora pascua. Vñ docet obseruãtes di
scessisse ppter prauos nõ obseruantiu mores. Perq̃ iter antiquũ, i.
iuxta traditionẽ primorũ patrũ. In cãpos ubi prima suos, i. orientẽ
uersus: sicut prius dictũ est ad ortũ. Croceos ortus phœbi, i. solis.
Hæc loca primæui sunt q̃ coluere parẽtes. Manifesta est ergo alle
goria: nã p or. entẽ & eurũ purã & salubrẽ significat uitã: q̃ meridi
onalẽ plagã & austrũ: uapidã & mollẽ: ut uetus ille plũbeus & re
pidus est. Signa casæ, s. pastoralis: cariõsaq̃ ligna fixa solo: seiũcta
pedũ discrimie septẽ: tm em spacij cellis singulis cõgruit. Et focº, s.
cois q̃ ignis fouet: & area, i. locus spaciosus in medio claustrĩ: circũ
quẽ porticu & deambulacra faciũt: cingit sæpe lacera: allegorico
scat claustrorũ muros dirutos & puos a nõ obseruatibũ factos.

Alueus
Gurges

Nepa

Bufo
Vipera

Cura uiris leuibus rerum solet esse nouarum Myr.

Propterea certe noua pascua quæris & amnes

Fingis inauditos: & uis nouus auctor haberi

Cura uiris grauibus rerum solet esse suarum

Batra

Propterea Myrmix nimis a grauitate recedis

Hæc nouitas non est nouitas: sed uera uetustas

Religio & pietas patrum instaurata resurgit

Quam tua corrumpit leuitas: & nota tuorum

Segnities: igitur si quis labentia recta

Religio nõ accepit a reli
so q̃ hoc uinculo pietate nõ
p̃serti deo religari p̃m̃

Q

Baptistæ Mantuani

Erigat: & sterilem qui mansuefecerit agrum
^{indigne} ^{de minimis} ^{salis} ^{inferitur}
Iudice te damnandus erit; non ponitur arbor

Altera: sed ueteri inseritur bona uirgula trunco
^{strenue} ^{quod fecit} ^{labora}

Segne prius lignum nostro sit fertile cultu

Quis pingue tuo pecori sit gramen & unda

Myr.

Defecata tamen multæ cum matribus agnæ

Intèriere: lupi & pastæ meminere uolucres

Hæ fateor quæ dira tuæ contagia pestis

Batra.

Accepere: etiam procul aspicientibus obsunt

Tantum uirus inest: uestri uis tanta ueneni

Propterea magis atq; magis discedere semper

Est animus: patitur pecus hæc incommoda nostrum

Sola: q; in uastam nondum discessit eremum

Nec satis a uobis procul in deserta recessit

Batrache de gregibus metiris plurima nostris

Myr.

Certe alienarum tibi cura superflua rerum

Et temere assumis partes censoris ininiqui

Cur mihi qui pasco: cuium pecus: ista tueri

Non licuit: solis ne domus mea cognita uobis

¶ Cura uiris leuibus. Quanc; id strenue canit Batrachus ne res no-
uas dicat molitus: tñ cñ aliud non posset: id falso obijcit myrmix.
Et uis nouus autor haberi: hoc eis adijcit q; ad reformationē alios
uocāt aut cōpellūt. Cura uiris grauib; subtilis respōsio deuerbiū
deuerbio recondēs. Hec nouitas nō est nouitas. i. quā dicis nouita-
tē nō est nouitas: sed uera uetustas. Vñ manifeste dicit religio & pi-
etas patre instaurata. i. in statū & formā priorē reducta (vñ uerius
dñ instauero q; restauero) resurgit. Et nota tuor; .i. cōfratrū qui man-
suefecerit agrū: redit ad trāslationē ppter sæpeditā causam: ne ui-
delicet nō pastoralis agat res Segne. i. tardū & infœcūdū quis pin-

Segne

que. Docet etiā inter eos qui se obseruātes dicūt adhuc esse morbi-
dos & multos interiisse. Ad qd Batra. Hę fateor. i. fateor qd hę oues
interire qd dira tua cōtagia pestis accepere. i. qd infectę ad nos uene-
rūt: nec se purgari p̄miserūt. tantū uirus. i. uenenū qd in uasta non
dū discessit eremū. i. qd nōdū penitus a cōmuniōe uestra discessit Di-
cit aut̄ eremus sine aspiratiōe: gñe scemi. & media lōga: que tria in
uertit solent. De gregibus mentiris plurima nostris: cū aliter se pur-
gare nequeat ad cōuitia refugit Cur mihi q pasco cuiū: dictū id pu-
to p̄ cuiūcūq. i. cuiuscūq. pecus: ista tueri. i. p̄spicere q tu mihi ob-
ijcis. solis ne domus mea cognita uobis. i. uidetis ne uos soli infectū
onem (ut dicitis) domus meę quam nos ignoramus.

Eremus

Aethyopes una quoniam nigredine sordent

Batra. *Comptate*

Ille color nulli uisio datur: omnibus idem

Vultus: Xalte ius si quis repunderet ora

Et sua damnaret: pecori pecorisq; magistris

Amplificatio locutionis

Fex eadem: scabies eadem: cutis & color idem

Parcite: iam satis est lis intellecta: diesq;

Bem: *iudex Gri-
Peter finger*

Inclinata cadit: iam post iuga summa ruit sol

Audite o magni generis longæua propago

Lite super uestra quæ sit sententiā nostra

Batrache me audaci toriens sermone laceassis

Myr.

Non ego: sed non æqua magis te causa laceffit

Batra.

Iudiciumq; timet sibi mens male conscia iustum

Quando inimicitias tempus deponere: rursum

Can:

Vestra nouas lites uecordia suscitāt: ergo

Perpetuis hæc rixa odijs æterna manebit:

Quæ uos debilitas capitis: quæ insania uexat:

Non pudet his uti tanto sub iudice negis

Ergo animis audite æquis odijq; sepultis

Vltima doctiloqui quæ sit sententiā Bembi

Q ij

rem atq; ob
state observa
inter quos
baty: & forlu
t beuioq; fina
ex das m hor
iam diffiniti
m

^{maioru} Ferte per antiquos patrum uestigia gressus

Et ueteres seruate uias: reuocate uagantes

Per ualles & saxa greges: per lustra ferarum

Figite in antiquis iterum magalia campis

¶ Aethiopes una. Graphice docet quare illi nō uideant suā defor
mitatē suaq; uitia: quia oēs tales sunt. Ille color. s. niger: sex eadem
eadē infectio. Quia uero ad manifesta usq; conuitia processum est
ne ultra progressio fiat dicit Bembus. Parcite. i. abstinete a cōuitijs:
quia lis est iam satis intellecta. Diesq; inclinata cadit. Audite o ma
gni generis longæua propago: quia eos ab antiquitate laudat: ti
met iam dudū Myrmix causæ suæ: vñ nō attendit ad iudicē: sed ad
conuitia dicta dicēs: Batrache me audaci totiēs sermone lacessis. i.
prouocas ad irā. Nō ego. s. te lacesso: sed magis. i. potius lacessit te
causa. s. tua nō æqua. i. iniqua. Iudiciūq; timet sibi mēs male cōscia
iustum. Multæ & egregiæ ubiq; sunt sentētiæ quas memoriæ com
mendasse p̄ferit. Interloquit Candidus qui director uidet utro
rūq; litigantiū: quia pro eis iudicem delegit. Quādo. Ordo est: qñ
tempus. s. est deponere inimicitias: tūc. s. uestra uecordia. i. peruer
sitas cordis suscitatur rursus nouas lites. Ergo: indignanter id dicit.
Non pudet his uti tanto sub iudice nugis? Magnificat auctoritatē
iudicis: ut sententiæ & ab eo datæ maius sit pondus. Ergo quia id
decentius & honestius est q̄ odij progredi: animis audite æquis
odijq; sepultis. i. sopitis & oppressis. Vltima. i. (ut dicunt) definiti
ua sententia. Est autē hæc. Ferte per antiquos & c. incedite more ma
iorū uestroꝝ. Reuocate uagātes per ualles. i. qui oberrāt a Carme
lo: qui mons est. i. a uera religione in carmelo instituta: intelligere
autē potes molliter uiuētes. Et per saxa. i. dura & aspera mundana
rum curarū: & per lustra ferarū. i. per lupanaria: quia meretrices lu
pæ quæ feræ sunt dicuntur. & lustra ob id etiam lupanaria. Secluz
sa autē allegoria remotiore manifeste uult errantes in perniciosis in
stitutis & moribus ad rectam reduci religionē quæ antiqua est: vñ
concludit. Figite in antiquis iterum magalia campis. Magalia (ut
dixi) & mapalia Pœnoꝝ lingua sunt tuguria & quasi pastorales
casæ. Vult ergo præstare in antiqua uiuere paupertate: dūmodo
sancta maiorū suorum seruent uestigia.

Lustra

Magalia
Mapalia

F
I N I
S

BAPTIS
do
Agnifer æ
Ante de
Nam pue
Te cali
Sancta tu
Et dar ni
Sollicit
Auxi
Hæc est
Accepto
Magnus el
Exprop
Et tibi se
Omnis
Nec putar
Quod iur
Ilic in pre
Nec qu
Iure igit
Te decq
Atte uirg
Et sine
Nascere
Sed an
Et genus h
Et solyn
Duitias al
Et nisi co
Præmia ter
Regna m
Noxia mul
Sic tua s
Hippida s
Squalea
Reple iord
Voda sin
Vile prior
am me

BAPTISTÆ MANTVANI CARMELITÆ IN LAV
dem Ioannis Baptistæ pro natali eius carmen.

Agnifer æterna iuuenis dignissime uita
Ante deum præco: lucifer ante diem
Nam puerum supra puerilem gratia sensum
Te tulit: ut fieres nuncius ante diem
Sancta tuis hodie libamina ponimus aris
Et damus infectos thura sabæa focos
Scilicet ut uitæ casus expertus iniquos
Auxilio generi sis memor esse tuo
Hæc est illa dies: qua primæ gaudia prolis
Accepit senio fessus uterq; parens
Magnus es: & sancti retines loca prima senatus
Et prope uirgineum crederis esse latus
Et tibi se præfert: nisi sint oracula uana
Omnis in ætherea sancta caterua domo
Nec putat indignum toti qui præsidet orbi
Quod iuuenis tetricos poneris ante senes
Illic in precio uirtus: contemnitur ætas
Nec quantum: sed quo uita sit acta modo
Iure igitur propter meritum præclaraq; gesta
Te decorat primo turba beata loco
At te uirginea uenit puer insitus aluo
Et sine uocali protulit ista sono
Nascere magne puer: propera dignissime natum
Secla noua & legem nuncia adesse nouam
Et genus humanum ueracibus argue dictis
Et solymas gentes ad uada sancta uoca
Diuitias alijs perituraq; regna relinque
Et nisi cœlesti non memorare bono
Premia terrenæ mentes terrena sequantur
Regna manent alio nos meliora loco
Noxia multiuolæ fugias consortia turbæ
Sit tua sylua domus: terra cubile tuum
Hispidæ syluestres tibi dent uelamina capræ
Squaleat intonsis os iuuenile cornis
Recole iordanis fruticantia flumina: tollat
Vnda sitim: gramen siue locusta famem
Vile prior: præcede meos noue lucifer ortus
Iam meus auroræ limina pulsat equus

Ibimus: & tecum simul illustrabimus orbem
Luce noui solis syderibusq; nouis
Dum complexa senem mater: uirguncula matrem
Colloquitur: puero tradidit ista puer
Dum populo sacri cāneres noua dona lauacri
Aduada quæ geminis multiplicantur aquis
Ille puer factus iam corpore maior & annis
Supposuit digitis ora lauanda tuis
Iure igitur tua nunc adeunt altaria turbæ
Et tibi iure dies ista dicata fuit
Nam deus illorum ne sint iūbet irrita uota
Arma clientelæ qui subiere tuæ
Nos quoq; ne mōres damnare putemur auitos
Verbenis gerimus tempora cincta tuis
Sic laueas nobis: ut te ueneremur oportet
Nec precibus debet ulla repulsa dari
Exorare faue miseris: pia uota secunda
Voce: oculis tibi cor supplicat atq; manu
Ista dies alijs fac sit foelicioꝝ. ad sis
Omnibus: & clemens ad tua templa ueni
Sitamen est quisq; qui orare procaciter aufit
Auferat indignas mobilis aura preces
Hic petet annose longissima tempora uitæ
Alter amicitiam principis: alter opes
Forte erit & uetitos demens qui quærat amores
Et dominum mitem postulet esse sibi
Parce iuuentuti: sed luxuriantia muta
Pectora: fert iuuenes impetus atq; furor
Orabat pluuiam rapido qui leditur æstu
Forfitan hoc omnes foemina uirq; uolent
Vix ferimus rapidi flagrantia sydera cancri
Nec pater extinguit Iupiter illa tuus
Iam renouat ueteres tellus exusta querelas
Et puero currus extimat esse datus
Arescunt gelidi fontes moriuntur & herbæ
Perdidit infœlix pascua læta pecus
Hanc igitur minui si quis rogat imbribus æstum
Agnifer illius sunt bona uota: faue
Des petit absentis reditum noua nupta mariti
Et gemit: & supplex ora pudica mouet

At mulier
Noua q
Da facili
Ponere c
Languidu
Te uoc
His ergo
Cura: p
Hæc alijs
Et bor
Vnapor
Quæ ti
Effecto co
Semper
Hoc peto
Hoc hoc
Sepuerile
Carmen

At mulier grauida quæ pignora sustinet aluo
Nouaq; iam celeri luna propinquat equo
Da facilem dicit iuuenis sanctissime partum
Ponere cum uentris pondera tempus eris
Languidus auxilium medicæ cui defuit artis
Te uocat: & tremulis uocibus ambit opem
His ergo non moueor: nec me terrena remordet
Cura: polos ultra mens animosa uolat
Hæc alijs dentur: meus id sublimius ardor
Et bona contempto uult meliora solo
Vna potens res est me reddere sola beatum
Quæ tibi per uersus fiet aperta duos
Esse tuo coram uultu deus optime rerum
Semper: & aspectu liberiore frui
Hoc peto: tu sanctos inter dignissime ciues
Hoc hodie uotum ne sit inane faue
Sit puerile licet: gratum tamen istud habebis
Carmen: & ut uenias in mea uota præcor.

Frater Baptista Mantuanus

FRATRIS BAPTISTÆ MANTVANI ORDINIS CAR

meli p̄fessoris, de uita beata libellus incipit foeliciter.

FRater Baptista Petro spagnolo patri suo salutē plurimā dicit. Ociofo mihi aliquid ad te scribere nuper in mentem uenit. Et quū diu mecū ipse cogitasset vñ possem exordiū sumer et in materiam sane pulcherrimā oīm q̄ cognitione dignissimā incidi, Ea est uita beata: q̄ q̄a ab oībus amari debet: nec amari pōt nili prius cognita fuerit: nō inutile mihi uisum est: si q̄dnā ea sit: & quibz gradibus cōparet̄ aperuisse. Cur uero hūc libellū ad te potius q̄ ad aliū miserim: duabus potissimū causis factū est. Primo ut q̄le esset gen^o exercitationū meaz̄ agnosceres: & ne frustra me hactenus triuisse tēpus forsitan existimares. Secūdo ut de re tā exq̄sita & immortalī deo q̄ gratissima: ad egregiū mihiq̄ charissimū uirz̄ scriberē. Ego em̄ q̄ te mihi charior sit inter mortales habeo neminē nec tñ uelim ut a me p̄clarissimū q̄d expectes: nā neq̄ hāc materiā tā diffuse ut tractari posset dicendā assumpsi: in q̄ diligēter explicanda Marcus Tullius Cicero faciūdiæ suę neruos cōtendere posset. Sed ingenij tenuitati cōsulēs multaz̄ sentētiarz̄ flosculos sūmatim delegi: & huic libello inserui q̄s legēs ipse agnosces. Et qm̄ ego semp̄ ad uertū dialogorum stilū pene oībus esse gratiorē. Ciceroniano more duos colloquētes introduxi. Gigonē. s. & Adrianū. hūc de uita beata interrogantē: illū uero interrogātū respondentē. Et q̄a forsitā hi hoīes q̄ sint ignoras: breuiter aperiendū est. Gigo integerrimæ uitæ hō est q̄ tres & septuaginta natus annos in nostra religioē cōse nuit. Multę sūt in eo uiro līræ & sapiētia: q̄lis in Catone fuit multarū usu cōparata. Hinc in q̄bus rebo beata uita cōsistat p̄be nouit. Adrianus iuuenis optimæ indolis: cuius integritatē in hoc uno p̄pēdas: q̄ a p̄dicti senis latere nūq̄ discedat. Nō em̄ est credibile ei uitā prauā esse q̄ bonorū sp̄ conluedine utit. Finge itaq̄ hos duos post prandiū moderate sumptū: & post cōpletas gratiarz̄ actioēs in hortulū secedere: & sub umbra patulę arboris inter odoriferas herbas deambulantes: hoc pacto cōpisse ratiocinari.

ADRIANVS

Rogo te pater si me amas: ut q̄ post q̄ iuuetutis annos ingressus sum: semp̄ beate uiuere desiderauī: quānā sit in hoc mūdo uita beator apias. GIGO. Dū q̄s uiuit beatā uitā fili ne dixeris. Est em̄ illa Nasonis poetæ rata snia: Sed. s. ultima semp̄ Expectanda dies homini est: dicitq̄ b̄tūs Antē obitū nemo sup̄ma q̄ funera debet. Solō uir ille sapiētissimus q̄ leges athemiēsiū cōdidit: neminē in uita foelicē uocari debere putabat. Quis tā uecors est: ut nō agnoscat q̄ p̄

De uita beata

rū: felicitatis in hac uita futuræ sit in quā dū intramus primum oīm flere dī
scimus: Quis sine lachrymis uite pñis curriculū trāsit: Quā si cōsideremus
q̄ sit breuis & incerta pculdubio Antho. Crassum imitaremur, quē nuncq̄
risisse Solin⁹ meminit. Si forsitan alicui diutius fortuna blandit, nō tñ impu
nitū abire pmittit, & quāto tardior tāto grauior pcella succedit. Referūt hī
storix Polycratē Samiōz tyrannū aduersam fortunā haud semel expertū,
qui ne oīs esset exps incōmodi annulū aureū in mare piecit: quē breui post
tpe dū coenaret in piscis uentre sorte reperit. Sed qd̄ deus distulerat nequa q̄
abstulit, nam extremo uitæ suæ tpe cruci turpiter affixus est. Quo sit, ut uul
gare prouerbiū nō sit oīno uanū, Quod differē in quā nō aufertur. ADRI.
Vera sunt quę dicis, sed ego uitā beatā uoco illam quā si quis in hoc mūdo
uiuat, possit olim uitā immortalē, quā nostri æternā uocāt adipisci. GI. Ha
beo, sed longiusculæ disputatiōis locū adducis in aliud tēpus quo plus ocij
nacti erimus differendū. ADRI. Obsecro ne molestū tibi sit qd̄ sentias dice
re, non peto ut oīa cribratim inquiras, sed tantūmodo sequaris res summe
uestigia. Hoc em̄ a te discere cupio, a quo multa subtiliter disputata, multa
etiā sapiēter prudēterq̄ iudicata cognoui. Et da ueniā, si uirtutē tuā laudaue
ro, quotienscūq̄ tuis disputatiōibz intersum, Catonē illū de senectute dispu
tantē uideor uidere, nec min⁹ dicta tua obseruo, q̄ olim seruari solebāt Del
phici numē Apollinis. GI. Si tanto desiderio afficeris audire meā de hac re
sententiā, tuæ uoluntati (quantū in me erit) morē gerā. Atq̄ utinā ego is es
sem qui aliqd̄ dignū expectatiōe tua cōmemorare possem. ADRI. Volo sa
ne ut hoc negociū suscipias pater nisi forsitan tibi graue sit. GI. Quid inquis
hactenus nil graue mihi uisū est, q̄uis magnū qd̄ aliquis fratrz honesto desi
derio cōpulsus me poposcerit amicitix firmissimū socius est idē uelle idēq̄
nolle. ADRI. Loqueris ut sapientē decet, nec aliter q̄ loq̄ris te factitasse exi
stimo. Sed priusq̄ ulteriori loco pcedamus, tria sunt q̄ peto. Primo qd̄ sit ui
ta felix, secundo in q̄bus rebus cōstet: postremo si qui sint qui hactēpstate
talē uitā uiuant. Hic nostræ disputatiūculæ sit tripartitus ordo. GI. Possem
tibi multas huius uitæ beatæ definitiōes adducere, a diuersis autoribz diuer
sisq̄ in locis auditas. Sed ne te multis morer, q̄ pacto ab Anneo Seneca diffi
niat accipe, ego em̄ cū illo sentio. Beata (inqt) uita est illa quæ in recto certo
q̄ iudicio stabilita est & immutabilis. ADRI. Si placet inter nos ea lex esto,
ut q̄tienscūq̄ aliqd̄ obscurioris inter dicendū acciderit, interpellare possim.
Solet em̄ plærūq̄ accidere ut dū uerbū obscurę p̄termittit, inde clarę omē id
qd̄ sequit nō intelligat, dū auditoris animus ambiguo dicto repcussus hesi
tat, nec pōt illud ex memoria repellere. GI. Placet qd̄ dicis, laudē dignus es,
audacter loq̄re. Luxuria a mēbris, ignorātia a mēte fugāda est, ut Pythago
ræ placet. Ego semper in adoleſcēte futurę pb̄itatis uerissimū signū iudicauī
si uelit doceri qd̄ nesciat. Oīs labor p̄ acquirēda doctrina subeūdus est. Py

Frater Baptista Manruanus

thagoras amore sapientiæ usq; ad Aegyptios & magos penetravit. Sic eius discipulus Plato eodem se fatigavit itinere, quam uult Augu. omne id quod de deo loquutus est a Hieremia propheta qui tunc in Aegypto uiuebat didicisse. Sed ut de nostris dicam Hieronymus uir ille sanctissimus testat in quadam epistola, se a pueritia literar; desiderio serbuisse. Apollinarē itaq; Antiochiæ frequenter audiuit. Et dum iam esset cano capite Alexandria ut audiret Didimū porrexit, postea Bethleem reuersus hebraicas literas nocte silente furtim didicit. Timebat em̄ qui eum docebat, ne iudei hoc cognoscerent, non em̄ impune tulissent. ADRI. Præclara sunt & notatu digna quæ hæcenus dixisti, sed ut ad propositū redeamus, quid sibi uult id qd̄ in definitione positū est, recto certoq; iudicio. Gl. Ex eo quod recto dixit, uitā beatā debere esse rectam significauit. Rectum uero idem quod iustū significat, & quotiens aliquid oportere esse iustū dicimur, in eo oportere iustitiā esse demonstramus. De qua Euripidis illa notissima sententia dicit, neq; lucifer neq; uesperus ita mirabilis. ADRI. Quid est iustitia? Gl. Iustitia est (ut Tullio placet) uirtus unicuiq; quod suū est attribuens. Sed liquidius a nostro Hiero. describitur Iustitia (inquit) est nō peccare, nō peccare est legis p̄cepta seruare. ADRI. Dic queso (q̄a mentio de peccatis accidit) est ne uer; qd̄ uulgo ferī. Nō peccat inquā qui nihil oīno facit. Gl. Minuēda est penitus hæc opinio. Nā legis obseruatio bifariā diuidit, ut nihil hor; inquā q̄ phibent faciamus, & nihil ex his quæ iubent p̄mittamus. Lex ipsa inq̄. Auerte a malo & fac bonū. Nō satis est dixisse auerte, nisi addidisset, & fac bonū. Qui aut̄ nihil facit, bonū nō facit, quia qd̄ nihil est bonū non est. Non solū oportet ut uestitū non spolies, sed etiā ut spoliatū uestias. Iustitiæ duo sunt mēbra, q̄ ab ea diuelli separariq; nō possunt. Pietas. s. & æquitas. Pietas est (ut Trismegisto placuit) ip̄m deū immortalē oīm factorē & gubernatorē cognoscere. Finis aut̄ pietatis, ut cognitus deus adoret. Aeq̄tas est, nō ea quā Tullius in recte iudicādo æqualitatē uocat, sed oībus æqualē se præbere. Cui cōtraria est supbia, q̄ est oībus maiorē se existimare. Monet æquitas, ut nullus altero uelit esse superior nā quia indifferenter oībus pater est deus, oēs pariter germani sumus ex eodē germine Christo inquā renati. Vbi ista duo nō fuerunt, ibi iustitia esse nō potest. Potest etiā recto iudicio rursus aliter intelligi, ita ut recto interprete i. uero sanoq; iudicio. Sunt em̄ pleriq; mortaliū qui p̄pter opes, diētelas, affinitates, seruitia, sodalitates, hospitia, & p̄pter alia h̄mōi fortunę bona se beatos existiment. Sed hi oēs recto ueroq; iudicio p̄culdubio priuati sunt. Nam si intelligerēt nos haud alia causa erēto uultu a summo rex artifice cōpositos esse, nisi ut quæ supra sunt contēplaremur, & quæ sursum sunt sapere mus, non se tot erroribus impedirēt, tot stultitijs obruerent, tot deniq; tenebris cōsunderent. Non sunt hi foelices appellandi, licet Midæ opes possideant, quia recto carent iudicio, neq; reddunt unicuiq; qd̄ suū est, benos flocci

Finis
om̄ia

om̄ia
nebra

pendunt
ut heredi
Laboran
lata, art
bi haber
hæc cine
los suo
dicā qu
suas le
oia in
inde sil
pientes
dicā est
p̄ sentis
spectat
& erecto
qui solus
Quod h
memini
dea, ubi
le redde
non mor
semidei
stra relig
in coner
stioni pe
res & ali
eadē cur
ex corpe
celestis
posse fac
uero cor
uiriq; fa
de si pol
fit ut ser
ad lubea
membr
a seruari
uirtutib
prius inu

De uita beata

pendunt, sacra non curant, deum obliuiscunt. In talibus uita eorum uersatur, ut hereditates uel iure capiāt uel iniuria, pupillos expellāt, pauperes cruciēt. Laborant ambitionis morbo, aliud in ore sonat, aliud in pectore clausum latet, amicitias & inimicitias non ex re (ut Crispus inquit) sed ex cōmodo sibi habent. Hi sunt quibus antiqui clamitāt uates. Gens antiqua atq; pueris haecine sunt quae deo reddis popule stulte & insipiēs? Et alibi. Statuerūt oculos suos in terrā declinare. Sed haec de mūdānis dicta sunt. Quid uero de his dicā qui quū seipsos regere nesciūt religionis antistites fieri uolūt, ut nō solū suas sed etiā aliorū aīas pditū eant. His aduertenda Claudiani sentētia. Tūc oīa inquā iura tenebis quū poteris rex esse tui. Primo igit sibi moderent, deinde si libebit alijs p̄sint. Stantes in angulis faciēda p̄cipiūt, quae nec ipsi p̄cipientes faciūt. Quis hoc prauū esse iudiciū nō dicat? Nō est igit in illis (ut p̄dictū est) uita beata, quae sine recto iudicio stare non potest. ADRI. Recte mi p̄sentis, & huic qd̄ dicis illud carmē Nasonis poetae cōuenit. Pronaq; quū spectēt animātia caetera terrā. Os homini sublime dedit, coelūq; uidere iussit & erectos ad sydera tollere uultus. Quo fit ut damnandus sit ille Socrates, qui solus Apollinis oraculo iudicatus est sapiēs. Hoc em̄ erat eius puerbiū. Quod supra nos nihil ad nos. Cuius etiā Lactantius facit mentionē, si recte memini. Sed ut ad praedicta reuertamur, locū illū de iustitia manifestius enuclea, ubi dictū est nō esse sine aequitate iustitiā, & aequitatē esse se oībus aequalē reddere. Dic queso, nōne seruos & ancillas nostri p̄tiffices habēt, quibus non modo nō aequales, nec solū ut seruo dominus solet esse superior, sed ut semidei reputant? Nō sunt igitur pontifices iusti? GI. Absit hoc facinus a nostra religione sili, ut in p̄positis eius iustitia nō sit. Sed quū nup̄ illud Lactantij contra gentes luculentissimū opus habere in manib; reperi qd̄ huic quaestioni possit aptissime responderi. Ait em̄ seruos nobis esse qui quidē tenuiores & asperiores corporis cultus habent q̄ dñi, quod aut ad animā pertinet eadē cura, studio & industria gubernant. Nā quū homo constet ex duobus ex corpore scilicet & anima, quae inuicem contrariant. qm̄ illud terrenū, haec celestis, illud mortale, haec uero immortalis. Et iccirco non facile est utrisq; posse satisfacere. Corpus amat conuiuia somnos & cōfabulationes. Anima uero contra uult ieiunia, uigilias & orationes. Quoniā igit (ut dixi) nō pōt utrisq; satisfieri, unum est utrū horū dignius sit, ut primo ei pareamus, deinde de si possimus & alteri. Compertū est igit animā corpori p̄ferendā esse, quo fit ut seruorū animabus p̄tiffices nostri non minorē ac proprijs diligentiam adhibeant. Quae aut ipsi ornatiores & politiores incedant, non ideo faciunt q̄ membra sua iudicent esse preciosiora, sed ut dignitates & officia quae gerunt a seruorum conditione uideantur esse differentia, ADRIA. Non opibus sed uirtutibus praefecti debent excellere. GIGO. Quod magis necessarium est prius inuestigari debet, quae autem magis ornamento sunt q̄ utilitati, possit

Frater Baptista Mantuanus

ea si possint acquirant. Oportet ut pontifices sint uirtute p̄diti, primū igitur uirtus adipiscat. Nō absurdū est p̄tices tantū habere diuitiarū quantū uirtuti modico sufficiebat. Et qm̄ hęc ornamenta diuitiarū necessaria oīno nō sunt, nō primo sed secundo loco querant, ita q̄ nec p̄pter ea uirtutes euaneſcāt. Quis est qui nesciat æquū esse ut a discipulis p̄ceptor ne dū uirtute discer nat, uerū etiā grauiori quodā & honestiori habitū priuilegio. Partim q̄a discipulo maior p̄ceptor, partim q̄a modesta corporis ornamenta nō paruo ad iumēto uirtutibz animi sunt ad temperandā grauitatē, ut uulgaris tumultus ac cupiditas reprimi possit ac gubernari. Non est igitur dicendū iniquos esse pontifices, q̄ splendidiore habent uestes, nam ipsa æquitas nō extrinſecus corpus, sed intrinſecus in animo sedē suā habet. Et qm̄ animi cogitationes soli deo manifestæ sunt, ipsi soli de æquitate iudiciū relinquendū est. ADRI.

o in // capitulo
tezm // lobin

Oīa ad uiuū reſecasti, ita ut oīis a me seclusa sit dubitatio. Quod euenisse puto non solū quia sic se res habeat, sed etiā q̄a elimato & quadranti sermone, qui tibi & ab arte & a natura cōcessus est, hęc oīa disseruisti. Ornata em̄ polita q̄ oratione ueritas ipsa potētius in auditorū animos inſluit. GI. Vidimus hactenus qd̄ esset uita beata, quæ posita est in iustitia, iustitia oīes alias uirtutes tanq̄ filias suo genio concludit. Nunc uidendū puto q̄bus gradibus ad ipsam iustitiā ascendat. ADRI. Miro discēdi ardore serueo, expecto quid dicas. GI. Tria sunt quæ cōnexa & simul conglutinata ad uitam beatā plurimū conferūt, diuisa uero & separata parū adiuuāt. Sūt aut̄ hęc (ut nominatim dicā) Pudicitia, contemptus & iustitia. Et unaquæq̄ istarū uirtutū non p̄pter se, sed propter aliā querit. Primo pudicitia flagitat ut contemptus mundi sequat̄, nā mundus ab his facilius cōtemni poterit qui cōiugali uinculo soluti sunt. Nā postq̄ carnalibus illecebris cōperūt oblectari, & in sentinam uitorū corruerunt perditī sunt, & penitus desperandū est de salute eorū, nisi misericordi diuinæ potentie digito subleuati fuerint. Querit̄ item cōtemptus mundi ut iustitia reperiat̄, repertaq̄ fruamur, quæ difficile cōspici potest qui se negocijs sæcularibus inuoluūt. Nam coniugis & liberorū cura & ipsa res familiaris a recto iudicio mentes hominū reuocant. Pauci tamen recte uiuere incipiūt, sed tamē ni diligenter caueāt (uitijs blandientibus) a recto calle deuiant. Primo igit̄ quibusdā cōtractis pactisq̄ legitimis opes querunt, at ubi gn̄starūt q̄ bona sit negociatio in usuras pauhsper incidūt, dein de furim̄ aliena rapere, pupillos spoliare & p̄ximos nō abstinēt. Postq̄ aut̄ incalluit hęc cōsuetudo, furtis & sacrilegijs (modo lateant) minime parcūt, sic malū malo trudit̄. Hęc oīa in tantū usum conuersa sunt, ut non pro uitijs (ut sunt) sed pro uirtutibus in mundo nunc habeant̄. Et si quis taliū rerum fuerit expers, tanq̄ ignauus ab oīi populo repellit̄. Quare satyricus noster Aquinas merito cōquerit̄. Aude aliquid breuibz gyaris & carcere dignū Siuis esse aliquid, p̄obitas laudatur & alget. Diuitiæ proculdubio sunt hu-

malis

manigen
rs minir
mum, co
de q̄ tali
nis autic
ola cupi
mes, cu
Propo
jim le
licq̄ ill
ter, & c
dices &
Theban
illeraq̄
quod ip
circa illa
do unū
que dicit
uitum
dicitur
pinguis
crallus
bar. Seco
Casti
obo, ex
tinentia
stro pers
gis stud
pinter
Siqu
est tra
an mut
lis, ita
In quo
num m
corpor
nones
quos h

De uita beata

mani generis exitium, nec sinunt iusticiam in nostris regnare pectoribus. Quæ res minime Persium latuit, inquit enim. Quod si dolosi spes refulserit minimum, coruos portas & poetridas picas Cantare credas pegaseum melos. Adde quod talis est opum natura, ut nunquam satis esse uideantur. Quod uinum Romanis antiquis Ouidius uersibus his obijcit. Creuerunt & opes & opum furiosa cupido. Et cum possideant plurima plura petunt. O diuitiarum sacra famæ, cur non mortalia pectora regis? Propter te quoties uiolata est iustitia? Propter te Sicheus truncatur a fratre. Dido patitur exiliu, Polydorus membra secum lecat, Recte Thebanus Crates suas opes in cecum pelagus abiecit, meruitque illas, ne mergeretur ab illis. Hæc igitur e mentibus nostris extirpari oportet, & tanquam in domum suam introducenda est iustitia, ubi suas possit figere radices, & fructus afferre mirificos. ADRI. Nonne fuisset satius, si diuitias quas Thebanus ille philosophus in mari dimerit, pauperibus tribuisset. Gl. Fuisse utique melius, sed forte metuebat & si pauperibus dedisset, illis accidisset quod ipse fugiebat. ADRI. Et forsitan hoc illi in mentem uenerat, sed quoniam circa illa quæ superius commemorauimus, omnem rem uersari perpendo, quomodo unumquodque illorum assequi possimus audire desidero. Et dabis ueniam, si quæ dicas tardius apprehendo, quam si a teneris Mantuæ nutritus, ubi hoc uinum a densioris cæli qualitate contraxi. Gl. Tu cum Cicerone sentis, ut e dictis tuis perpendo. Refert enim (ni male memini) Thebanos fuisse ingenio pinguiore, Athenienses uero perspicaciores & acutiores extitisse. Idcirco quæ crassus aer & pinguis erat Thebis, Athenis uero rarior & subtilior apparebat. Sed hæc committamus, quod nunc instat agamus.

DE CASTITATE.

Castitatem septem modis assequi poterimus, firmo inquam proposito, modico cibo, exercitio continuo, raro bonoque colloquio & consuetudine, sensuum continentia, premij futuri præmeditatione, auxilio diuino. Septem hæc arbitrio nostro percurramus, dicemusque non tam eloquenter quam sapienter, nam semper magis studui sapiens fieri quam eloquens. Qui enim facunde dicunt suauiter, qui sapienter utiliter audiuntur. Sed primum modum arripiamus,

DE FIRMO PROPOSITO.

Si quis quod facturus est prudenter agere uoluerit, circa quod faciendum est tria considerabit. An illud inquam quod uoluit honestum sit an turpe, utile an inutile, delectabile an non delectabile. Si res fuerit tantummodo delectabilis, ita quod honestate omni atque utilitate sit priuata, hæc omnino fugienda est. In quo genere sunt lasciuia cantus & cytharæ strepitus, qui infirmas iuuenum mentes alliciunt. Sunt etiam in hoc genere saltationes & choreæ & omnes corporis illecebræ. Si uero res fuerit delectabilis & honesta, apud omnes nationes non laudo, honestas enim non una est apud omnes, sed quod apud aliquos honestum uidebitur apud nos erit turpe. Verbi gratia apud Epicurum

Frater Baptista Mantuanus

honestum erit misceri cum uxoribus & corporeas necessitates in propatulo & coram omni populo facere. Si quis igitur apud homines huiusmodi fuerit, uti hac honestate non debet. Si uero tale honestū erit ut fidei christianæ non derogat, concedendum est. Quemadmodū est uxore ducere, talibus se uestibus ornare ut non solum utilitati corporeæ, sed etiā honesto cuidā decori non luxurioso consulant. Si uero hæc tria simul in aliquo reperiant, ita ut sit & delectabile & honestū & utile, adhuc est cogitandum, cuiusnā sit illa utilitas, an corporis & an animæ, an utriusq̃. Si tm̃ corporis, turpe quidem erit christiano si fecerit. Si animæ, toto conatu totis uiribus implendū est. In quo genere sunt ieiunia, abstinentiæ, p̃ fide mortē obire & martyrio coronari. Si utriusq̃, cauendū est ne plus corpori q̃ animæ tribuat, ut in tēperatis cibis sumendis, qui si (ut dixi) tēperati sint corpori p̃sunt & animæ. Videndū itaq̃ est ne minimū id quidē plus corpori det q̃ animæ. Si res illa fuerit corpori cōtraria, animæ uero utilis, faciendū est ut appetitus obediat rationi, & Salustianū illud aduertendū. Animi imperio, corporis seruitio magis utimur. Postq̃ igit̃ quid sit faciendū cognoueris opus est ut non differas, non ambigas, nō hesites, sed toto mentis amplexu uiriliter animose p̃ suscipias. At recorderis illius qd̃ ait Comicus. Dū in dubio est animus paulo momēto uel huc uel illuc compelli, Quoniā igit̃ castitas secū fert utilitatē & honestatem unusquisq̃ suo proponat fortiter in animo castitatē obseruare, qd̃ qui fecerit ad alios gradus ascendere facilius poterit.

DE MODICO CIBO

Sicut cibus immoderate sumptus detestandā suscitāt uenerē, sic moderatus purissimā tutetur castitatē. Sed in hoc maxima pars mortaliū fallit, qui dum ignorant quid sit abstinentia, om̃e esculentū (præter carnes) sibi conducere putant, nec aduertunt q̃ in herbis etiā q̃busdā uenenū lateat, ut in eruca, quæ quia calidissimæ naturæ est uenerē reuocat. In leguminibus etiā luxuriose cōditis titillatio carnis abscondita est. Quo sit, ut quidā uir sapiēs nuper diceret, eū q̃ uellet cœnobij curā gerere philosophiā naturalē (quā physicam græci nomināt) ignorare minime debere. Sunt em̃ plæriq̃ cibi qui in usum quotidianū ueniunt, a quibus nisi spiritualis miles se diligenter abstinuerit, carnis intollerabile certamē experiet. Quare noster Hieronymus & doctrina & reꝝ usu sapientissimus dicere solebat, nullū cibum castitatem curantibus esse utiliorē q̃ olera Palladis liquore perfusa, & eo quidē modico. Item pisces (nisi minutissimos) phibeat. Quod isti nesciunt, uel si sciūt (qd̃ grauius est) aspernant, qui cœnare nesciunt, nisi uel ostræas uel timalum uel aliq̃d̃ huiusmodi animal habuerint. Atq̃ utinā hm̃oi hoīes, q̃ ingluuiē suā satiare possint, p̃pelittora Gansis habitaret, in quo (ut Solinus testis est) tantæ quantitatis anguillæ nascuntur, ut ad pedū tricentorū proceritatē accedat. Sed de his quæ hæctenus dixi melius cōsulendi sunt medici, ne uideamur par

De uita beata

res illorum surripere. Ego hoc infero. (Hieronymi autoritate fretus) parcu-
 cibum triduanò ieiunio præferendū, nec licere cuiq̃ calidissimis cibis uti, ni-
 si uel infirmitate uel longo senio confectus sit. ADRI. Nunc tempus est quē
 dam soluere qui non solum me, sed etiam plærosq̃ alios dubitare non parū
 sæpe coegit. GI. Variator quid sit quod uis dicere. ADRIA. Nec miror, est
 em̃ famosa quæstio. GI. Tu tamen dic, homo sum, & falli & decipi possum.
 ADRI. Qua intentione, quo sine hæc omnia deus immortalis fecit, si homi-
 nibus uesci non licet: an ut pereant? GIGO. Nō fecit hæc deus ut pereant nec
 quicq̃ in mundo ita perit ut ad nihilum redigatur, sed formam mutat. Cor-
 pora nostra non percunt, sed in ea elementa ex quibus constabant resoluun-
 tur. Sunt etiam qui dicunt medullas nostras quum sepulti iacemus anima-
 ri, & in anguem conuerti. Quæ res & si fortassis uera non sit, mihi tamen ui-
 detur esse uerisimilis. Nam sicut per serpentem inter homines mors nata est,
 non absurdum erit, si dicat hoīs morte serpentē nasci. Nihil igitur (ut prædi-
 ximus) omnino perit, cuius sententiæ autor est Pythagoras. Quam noster
 Ouidius duobus uersibus elegāter expressit. Ait em̃. Nil perit in toto quicq̃
 (mihi credite) mundo. Sed uariat faciemq̃ nouat, nasciq̃ uocatur. Nec fru-
 stra deus hanc densissimam uarietate rerum syluam fabricauit, sed fecit (quæ-
 rum comprehendere possum) tribus potissimum causis, ut potentiā inquæ-
 suam exprimeret, ut ingenia nostra in ocio torpere non sineret, ut postremo
 infirmitati nostræ subueniret. Et ut ad primum reuertar, quis inter homines
 tam solertis ingenij reperitur/ ut alterum mundum fabricare posset? Quis
 Zeusis, quis Appelles, quis Phidias (ut de pictoribus loquar) tam uiuacem
 colorem & in herbis & in floribus imprimere posset? Quis possit hominem
 (opus admirabile cœlestis spiritus capax) formare? At ut altius ascendam,
 cœlum de uexum tot syderibus pictum, mirabili solis lumine præditum cō-
 ponere? Atq̃ hæc omnia deus ipse fecit. ADRIAN. Nonne memoriæ tradi-
 tum Archimenidem siculum in aere mundum formasse & per syderum mo-
 tus uarias anni uices disposuisse. Propterea nonne referunt etiam Promethe-
 um fecisse hominem. Non igitur tam mirum est si deus hæc egerit quæ po-
 tuerunt & aliqui facere. GIGO. Est aliquid quod dicis, sed age iterum rumi-
 nemus. Dicis Archimenidem fecisse mundum, putasne fecerit nebulas, pu-
 tasne æstatem, putasne solstitia & æquinoctia posuerit? Fatuum est ea crede-
 re, quod si fecisset, hoc deerat q̃ non erat tam capax q̃ iste quem uidemus.
 Quæ autem dicis Prometheus fecisse hominem, si sane intelligeres non hæc
 dicerēs, fabula est non historia, quæ tamen aliquid ueri intrinsecus habet. A-
 iunt enim q̃ Prometheus fecerit hominem, quia primus fuit qui statuas fa-
 bricauit. Sicut etiam dicunt Cecropem fuisse biformē, quia primus fuit qui
 & marē & sceminā matrimonio copularet. Fœcit igitur hæc immortalis deus
 ut ea nos contēplaremur, eorūq̃ arū ut nostram imbecillitatem & inertiam

Frater Baptista Mantuanus

cognoscentes humiliaremur, ut per humilitatē eo scandaremus, unde propter superbiam ceciderunt angeli. Vides tot animantia diuersarum formarū diuersis & coloribus & uirtutibus ornata? Vides anni tempora quae prudenter disposita sint? Primo uer nouū sic dictum quod tunc reuirescunt omnia, & ut Maro noster inquit. Et tunc omnis ager, tunc omnis parturit arbor. Tunc frondent syluae, tunc formosissimus annus. Primo ueri succedit aetas, quae praecipue charitatis exemplū praeseferens foetus omnes quos uer parturierat suscipit educandos, a qua si quid imperfectū relicū fuerit, superueniens autumnus ad unguem perficit, & manū summā imponit, tūc agricola quicquid sperando telluri crediderat, cum cetero foenore collibit. Et quoniam deus immortalis aduertebat annū gignendo, educando & maturando iam esse defessum, quietum tempus & uacuum laboribus adiecit, quod uocant hyemē. ADRI. Quare factū est ut tres anni partes in sudoribus, unā tamen in quiete posuerit deus? GI. Placet quod mihi in memoriā reduxisti. Diffusus labor, succincta quies strenuum delectant militē. Si humanae naturae fragilitas pateret, nunquam esset a labore cessandū, hominibus inquam. Oportet enim ut hoc miserabile corpus quod animā nostrā assidue prouocat ad libidinē, assidue suscitaret ad laborē, quē ad modū pater sanctissimus Macharius solebat, qui dum silēti habitaret in eremo, magnam arenae molem humeris huc illuc ferebat, & interrogatus quid totiens hoc faceret, se uexare a quo uexabat (ipse hypodiasiole) respondit. Sed haec haecenus de diuina potentia dicta sunt, in his paulo longior sum, quam & uita beata de qua nunc agitur minime aliena. ¶ Deinceps de secunda causa dicatur. Nostri animas nostras intelligentia & ratione perditas. Sunt itaque ante his uirtutibus armatae, tanquam milites praesensuri ad bellū. Sed quam nescio quid turpissimū est in ocio perita uirtus. Et ut uanū est quenquam armari nisi sit cum hoste pugnaturus, sic proculdubio superfluū uideret & uanū animas nostras ratione muniri nisi fortiant aduersariū, cui uiriliter suū reluctando queant robur explicare, & uires suas exercitio firmare. Voluit igitur ut nobis hostes essent lucanica, tucetū, sumen, omentū, & alia quae plurima quorum nomina norunt qui luxuriae & uentri dediti sunt. Et eam legem posuit quae solet inter hostes obseruari, ut qui uictus inquam fuerit uictori subiiciat. & qui uicerit imparet. Si corpus animā uicerit, uictā secū trahet ad infernum, si uicerit anima corpus, secū ad coelestia subtrahit. ¶ Posthac de tertia causa agatur. Et summus & optimus deus non solum animarum nostrarum, uerum etiam corporum curam gerit, quae quoniam uoluit diuersis languoribus esse subiecta, quibus ut solet aurum in igne purgantur, ne forte deficerent, in herbis & lapidibus abstruxit medicamenta, quae in circo uoluit occultari. quia sciebat se rationē omnium acutissimā indagatricē nobis tribuisse. ADRI. Quid opus est ut corporibus nostris adhibeamus medicamina? omnia antequam fiant deus praenouit. Et quia ipse falli non potest, oportet ut eueniant sicut ipse prouidit. Si ergo deus prauidit me ex hac infirmitate

morum
poteft, ut
fitioni hui
in doctur
re. Nam
ignas: si
confilio
pruden
cis uera
si place
cōfiteo
monafte
quod qu
conraric
sed folū il
tate, allic
fendat, p
& inquir
hoies qui
runt, vñ
id hone
malū. p
remoue. z
fortiter ap
re) uicto
Hec est c
nostrina
ex hac fer
dentes ui
tate, qua
certamin
ad uita uc
quae dixi
cies quaz
leo ut qu
ta die frui
ones aur
lum a se
caflit q se
latus. Ha

De uita beata

moriturus siue medicum accersiri faciam siue non, quia (ut praedixi) falli non potest, ut mouear necesse est. **Gl.** Ne uideamur in alia materia transilisse, questioni huic respondendum est. Quamquam deus a principio cognouerit utrum ego in doctum uel ignarum uirum euasurus sim non tamen debeo praceptorum spernere. Nam deus sciuit me doctum futurum si studijs opera dedissem, & futurum ignarum si literas aspernarer. Nouit deus ea conditione posse te sanari si utaris consilio & opera medicorum, & de similibus idem est iudicium. **ADRI.** Omnia prudenter eleganter & scite disputasti, & nihil intactum reliquisti, fateor quae dicis uera esse. Tu ex animo meo rubiginem quandam ignorantiae deterlisti. Sed si placet de continuo exercitio dicere, aggrediamur quae superius tertio loco constitueras de continuo exercitio. **Gl.** Hiero. in eo libello quod de modo uiuendi in monasterijs inscribit, dicit omnis immundiciae atque peccati matrem esse ociositatem, quod quia uerum est, sequitur omnis mundiciae atque meriti matrem esse exercitationem contrarium enim contrarium sunt effectus. Non autem omne exercitium est laudabile, sed solum illud quod his duabus differentiis limitatum sit, assiduitate. scilicet & honestate, assiduum oportet esse, qui necesse est ut quod semper oppugnat semper quod defendat, propterea mens nostra continuo motu persistit, & oportet ut semper aliquid & inquirat & excogitet, siue id bonum sit siue malum, cum etiam memini me uidisse homines qui quidem quae nesciebant in somnis didicerunt. & tenaci memoria retinuerunt, uel nec dormientium quiescunt animae. Igitur si quod honesti exercebimus, circa id honestum uersabitur anima. Si uero in ocio marcessemus (quam sumus a natura in malum praeuiores) cogitationes impudicae latebre subintrant, quas nisi contestim remoueamus, miseram strangulat animam. Heu me miserum quae iactura? Si uero fortiter animo seque repellamus, tandem per illam caelestem hierusalem (imperatoris more) uictores coronati triumphantes incedemus, tunc omnes caelicolae astantes dicent, Haec est quae mortalia spernens acquisiuit immortalia die festum agamus, & fratris nostri natalitia hodie laetantes celebremus. O patria beata uel patria caelestis ex hac sentina malorum ad te suspiramus, ex hoc remotissimo littore procul aspicientes uix te discernere possumus. Eritne unquam dies illa dies exultationis & laetitiae, quae nobis qui iam curriculum praeteritis uitae transegimus, & qui in studio certaminis ualuas aperiens a tristitia ad gaudium, ab odio ad amorem, a morte ad uitam uocare dignaberis? Sed de his alias. Oportet ut exercitium (praeter illa quae diximus) sit honestum, quo sit ut Pentachium uituperem, sub quo ludorum species quatuor assignantur. Iactus inquam disci, cursus, iaculatio & luctatio. Non iubeo ut quis in publicum praecedens exutis uestibus & correpto grandi silice tora die frustra desudet, non ut celeritate pedum currendo certet, non ut scorpiones aut arcus manu gestans Alchone studeat imitari, qui cum uideret filium suum a serpente necari, correpta sagitta & opposito genu tetendit arcum, percussitque serpentem. nec filium tetigit, quousque cum serpente mixtus esset & inuolutus. Haec studia non multum laudo. **ADRI.** Quidde agri cultura sentis?

Fraterat Baptista Mantuanus

GI. Agricultura iudicio meo dignissima est & honestissima, non tamen gra-
ui rastro terrā fodere & in agris uomere sulcos & porcos inducere omnino
iubeo, sed hortulū seminare, ulmo uitē coniungere, arbores inferere. i. ex syl-
uestri domesticas facere. & ppagines sepelire quis nō laudet? In his delectat
qui uult uitā beatā ducere, Nec doleat q̄ filios coadiutores non habeat, qm̄
ut Guido nostri tēporis grauissimus philosophus dicere conseruit, incogni-
ta beatitudo est liberorū priuatio. Legat hos q̄ de agricultura scripserūt, &
Catonē & Virgiliū & græcos si linguā nouerit, & Hesiodū & Democritū.
Sciatq̄ ut Cato primus in ea arte scripsit ap̄ nos, & apud græcos Hesiodus
noritq̄ Osirim, uel (ut alij uolunt) Tryptolemū primū boues ad aratra iū-
xisse, & stercorisandi artē primo a Sterculo quodā repertā, cui picus Romę
templū constituit, nōnulli tñ fuisse Saturnū uolūt. Discat etiā primus qui ui-
tem plantauerit uinūq̄ collegerit fuisse nō Bacchū quendā, ut perhibent, sed
Noe, ut testamentū uetus asserit & Lactantius approbat. Si hæc omnia co-
gnouerit, maiore animi uoluptatē sentiet nec pudebit eū terrā colere, de qua
tot præclara uiroꝝ ingenia scripserūt. Sed exercitiū partē optimā omisimus
nihil em̄ de studio literarū diximus, quo nihil melius excogitari potest, Stu-
deat itaq̄ beatæ uitæ diligēs inquisitor optimā sibi bibliothecā cōparare, sa-
eros gētilesq̄ libros in eo recordāt. Est em̄ (ut Augusti. in eo libro q̄ de chris-
tiana doctrina inscribit̄ dicit) sciētia secularis non solū nobis utilissima, ue-
rū etiā necessaria, ppter tropos & figuras quibus sacræ plenæ sunt historie
Sanctorū philosophorūq̄ uitam lectitet, & inquirat quæ nā fuerit illorū de
uita beata sentētia Studeatq̄ maxime platonicos (qm̄ plurima recte sentiūt)
imitari. Philosophiæ morali fiat familiaris, quę in trifariā diuidit̄, in politi-
cam, œconomicā & monasticā. Volumina tria. M. T. Cice. quæ de officijs
scripsit semp̄ in manibus habeat, & studeat quæ legerit imitari. Legat histo-
rias autores nouerit oēs, quicquid legerit tenaci memoria teneat. Et qm̄ (ut
prædixi) opus est ut bibliothecā habeat, discat qui fuerint antiquorū q̄ maxi-
mā librorū habuerūt copiā, & eorū emulus efficiat̄. ADRI. Sed qui fuerunt
qui maximā librorū habuerūt copiā. GI. Pisistratus Atheniensis tyrannus
primus apud græcos bibliothecā cōdidit, quam Xerxes incēsis Athenis ue-
xit in persas. Longo post tēpore Seleucus nicanor in Græciā reduxit, postea
magnus Alexander ad cōparandos libros animū intēdit, & Philadelphus
Pisistrati emulus nō solū gentiles, sed etiā diuinas literas uoluit. Huius tem-
poribus fuerunt in Alexandria. lxx. interpretes, qui (ut Augu. in eo libro q̄
de doctrina christiana inscribit̄ dicit) testamentū uetus ita interpretati sunt, ut
singuli in singulis cellis reclusi essent, & cōpleto opere factū est ut in cuiusq̄
interpretatione non solū idē sensus, sed etiā eadē uerba & eodē ordine posi-
ta reperta sint. ADRI. Res auditu mirabilis, equidem credo cœlestē spiritū
mentibus eorum insedisse. GI. Tecum sentio. Qui primus librorū copiā

Roman
Lucillus
perator
mus aut
autorum
tam scri
lia coll
ximus
ri. & a
possi
in com
Sic doct
djs occ
ADRI
tra & lin
uero de
re uouit
exempl
mere, &
reputat
uti q̄ ne
medioc
de iudic
tus con
It
It
Vides
riter dei
ti necess
mani pu
nus affid
redigere
ione po
quo qu
GI
fermo at
ro dixi
quasi su

De uita beata

Romam uexerit Paulus Emilius fuit, deuicto Perse Macedonũ rege. Postea Lucullus e pontica præda. Et post hos Iulius Cæsar Romanorũ primus imperator summæ bibliothecæ cõstituendæ. M. Varroni prouinciã dedit. Primus aut Pollio bibliothecas & græcas & latinas Romæ publicauit, addens autorum imagines. Et ut de christianis dicam. Pamphilus martyr, cuius uiam scripsit Eusebius Cæsariensis in bibliotheca sua, triginta uoluminũ millia collocauit. Dixi superius, qui uelit in hoc exercitio uersari, debere quæ diximus agnoscere, qm̄ & hisce ad studiũ accenditur animus, & studet æmulari, & ad aliquid præclaræ excitatur. ADRI. At omnes habere bibliothecas nõ possunt. GI. Fateor, sed habentibus studeant adherere, & omne tempus quod in comparandis libris dandum erat, id omne in assidua lectione consumant. Sic docti, sic illustres euadent, sic deniq; mens nostra in his liberalibus studijs occupata uia regia gradiet, nec ad dextram nec ad sinistram declinabit. ADRI. Terigisti quod iamdiu multum dubitauit. Quid est uia regia, & dextra & sinistra procedere? GI. Virtutes semper in medio constituuntur, uitia uero dextra & sinistra locantur. Media uia regia dicitur, qm̄ is demũ se regere uouit qui uia media perambulat. Ut autẽ quod dicimus clarius elucescat exemplum subiiciam. Vitium est nunq; ridere, nunq; hilarem uultũ depromere, & qui huiusmodi fuerit rusticũ nominabo, rusticitas igitur pro uitio reputatur. Qui semper rideat, semperq; lasciuat scurram appellabo, quem utiq; non laudo, qm̄ uitium est. Quod uero medium istorum est, aliquãdo mediocriter ridere, amicis & hospitibus lætam faciem exhibere, dignũ laude iudico, quã rem qui sciuerit obseruare comis nominabitur, ipsa aut uirtus comitas. Sic igitur constitui poterunt, ut logicos imitemur.

Dextra	Via regia	Sinistra
Rusticitas	Comitas	Scurrilitas
Iracundia	Ira	Segnities

Vides ne qualiter uia regia gradiendũ sit? ut de scurrilitate diximus, sic pariter de iracundia fas erit dicere. ADRI. Habeo quæ dicis, & recte quidẽ dixisti necessariũ esse castitatẽ curantibus exercitiũ, nam primo græci postea Romani pudicitia colentes dixerũt Dianã q̄ castitati præerat, & nemora & saltus assiduis uenatiõibus agitare, & corpus suũ ut noster Paulus in seruitutẽ redigere. Aduertebant em̄ neininẽ (ut præ diximus) sine membrorũ exercitatione posse diu illesam custodire uirginitatẽ. Sed si placet iam de raro colloquio quod quarto loco positum est, dicatur.

DE TACITVRNITATE.

GIGO. Oportet omnino ut qui uelit esse castus casto sermone studeat utri sermo autem noster castus erit, si raro, honeste, & cum bonis habeatur. Raro dixi, qm̄ difficillimum est linguam lubricam ita gubernare quin si diu loquuti sumus, uerbũ aliquod imprudenter excidat, ex quo aliq; inhonestũ

Fraterar Baptistā Mantuanus

oriatur in animo, & paulatim surrepat, & altius figat radices, ut difficile possit amoueri. Sed hoc magis periculo quā ratione cognosci potest, non sufficit ut sit sermo breuis, nisi fuerit honestate peditus. Vnde Paulus noster inquit: Corruptunt bonos mores colloquia mala. Quod tamen est a græco poeta translatum. Legimus nonnullos e nostris, qui ut silentium discerent & loqui dediscerent, ore clauso triennio lapidem gestauisse. ADRI. Miram constantiam hominū narras. GI. Si hæc tantopere miraris, quid de Socrate diceres, qui ea constantia fuisse dicitur ut per dius & pernox summo lucis ortu alteri orientem solē in eisdem uestigijs immobilis, oculis eundem locū semper defixis cogitabūdus staret, quasi quodam mentis decessu facto a corpore. Nihil est tam difficile quin facile fiat ubi pigra & iners uoluntas abstuerit. Debet non solū sermo noster breuis & honestus esse, sed etiā cum bonis haberi, uera em̄ prophetæ sententia. Cum sancto sanctus eris: & cū peruerso peruereris. Cauenda est omnino malorū cōsuetudo, & in aliquē locū semotum a turbis hominū secedendū, & in sanctorū fratrum conuentu bene beateque uiuendū est, ubi omnibus quæ ad dei seruitutē pretinēt diligenter exactis: possit reliquū tempus in studijs quæ prædiximus occupari. ADRI. Ergo solitudinem uituperas: in qua primo patres nostri Helias. s. & Heliseus necnō Ioannes, cui baptista græcū cognomē est, habitauerunt. GI. Nequaquā eremū uituero, in qua dū Plinius secundus esset, dicebat se nihil audire quod audiuisse, nihil uidere quod uidisse pœnituisset, uerū paulo periculosiorē esse affirmo, & nisi pfectis uiris appetendā. Nam si sis solus uel isque quicquid turpe facere neminem uereberis, si cecideris non est qui te subleuet. In cœnobio autē & quē uerearis & qui tibi sit adiumento ne cadas, & qui denique subleuet si cecideris, semper habere poteris. Vñ Hiero. uere beatæ uitæ cōpos dicere solebat, funiculū triplicē tardius rumpi. ADRI. Habes ne de gentiliū historijs quicquid quod pposito nostro de silētio cōgruat. GI. Habeo multa quæ narrare possem, sed præclarū istud Xenocratis in primis habeo. Is cū forte semel in multitudine iuuenū esset, qui uias aliorū moresequē carperēt, solus tacebat, nec uerbum quidē expressit. Et perconctāti cuidā cur tā diu taceret: rñdit se pœnituisse aliquā dixisse, tacuisse uero nunquā. Iste uero cū nostris (de quibus supra mentionē feci) rite cōcordat, qui iccirco taciturnitatē tāto studio obseruabāt, quia intelligebāt & cœlū sine castitate & castitatē sine silentio cōparari nō posse. Hi em̄ quæ recta intelligentia gubernant, hi profecto habiti sunt digni quæ cœlū colerent, quia mundi ab omni terrena labe reperti sunt. Imponendus igitur ori nostro quidā modus ne quicquid plusquā sit necesse loquamur.

DE CONTINENTIA SENSUVM.

Castitatis firmissimum munimen est exteriores cohibere sensus. Nam quicquid oculi uident, quicquid aures capiunt, quicquid manus cæteri que sensus accipiunt, confesum cordi tanquam omnium principi nunciant,

De uita beata

in quo omnis nostra reposita salus, quare propheta deprecabatur dicens. Auerte oculos meos, ne uideant uanitatem. Timebat enim ne si oculi aliquid uani conspexissent, & intrinsecus attulissent, mens ipsa macularet, quam decet esse niue candidiorē. Et quia quicquid sunt sensus, longū esset unquam tractare, sed quaecumque de uno horum dicent, eadem de ceteris dici intelligat. quicquid de uisu tactuque dicemus, de auditu pariter & odore & sapore percipias. Conuenit igitur uisum auditum & tactum & ceteros prudenter & cum uirtute gubernari, qui nobis a deo concessi sunt ut diuina audiamus & uideamus, & ut uisa & audita in secessu mentis archano reponamus & seposita non tantum mortua teneamus, sed ut diligenter operemur. Et si forte quem uideris ignorantem, debebis eum docere quae sciueris. Nam (ut inquit Augustinus) si noueris aliquid nec uelis id alicui demonstrare: non dum cognoscis quo pacto cognoscendum est. Nihil audiendum est nisi quod iustum & sanctum sit, & immortalis dei laudem resonet, Non adhibendae sunt aures quibusdam assentionum lenocinans, quibus maxime solent capi homines dum se tantummodo extrinsecus inquirunt. & dum magis aliorum uerbis quam sibi metipsis de se credunt. Si autem contigerit hoc pacto laudari, carmen illud Horatii memoria teneamus. Nec te decipiat animi sub uulpe latentes. Et item illud Catulli, Nos alio mentes alio conuertimus aures. Sed quid de odore dicam, cum etiam in sary. Iuue. delicatus & odoribus plenus iuuenis a meretrice reprehendat. Ait enim illa. Vnde haec spirant opobalsama collo. Dic age, nec pudeat dominum monstrare tabernae. De tactu loqui nescio non enim potest praemagnitudine sceleris enarrari, neque quicquid est quod magis animam coinquinet & inficiat. Nota est Architae tarentini sententia, dicebat enim nihil foedius, nihil periculosius mentibus humanis a natura datum quam uoluptatem. Hinc reipublicae subuersiones, hinc tacita cum hoste colloquia & omnia praua consilia profluere non mentiebatur. Sunt igitur sensus omnes praecipua cura coercendi, per quos tantum per fenestras ascendit mors ad animam. Nec praecclarum illud Sophoclis exemplum silentio praetereundum puto, qui lasciuatus a quodam an uenere uteretur. Dicit meliora uelint inquit, libenter enim istinc tantum ab aliqua furiosa dominatione semper fugi. Sed hinc sapienter respondit Xenocrates uero sapientius egit, Nam dum propter continentiam sensum apud omnes admirabilis esset, eius discipuli tentare uoluerunt, si ralem in animo continentiam haberet qualē monstrabat extrinsecus. Facto itaque splendido conuiuio & praecceptorē suum conuocarunt, nec alia causa nisi ut rationis eius uires largis suauioribusque perturbationibus opprimerent. Quod ubi factum putauerant in lecto strato molliter eum collocabant, moxque Phianim scortum nobile in cubile introduxerunt, & solus cum sola reliquit. Oratio foedissime libidinis nobile propugnaculum, tunc quid tua possit uirtus explicasti. Percipite adolescentes, audite iuuenes, aures adhibete uiri & senes rationis expectate. Vir multo uino madidus, mollibus plumis cum meretrice iacet, remotis

Frater Baptista Mantuanus

omnibus arbitris carnis incendia stimulant. Sed quia cognoscebat nihil peius, nihil turpius, & nihil quod ab immortalis deo grauius puniat, nequaquam fluctatur instar scopuli qui inter fluctus natura fundatur, & undarum frequentium collisione uapulat, nec mouetur, incussus mansit & immobilis. ADRI. Miræ uirtutis hominem narraſti, qui ea constantia mihi fuisse uidetur, quæ etiã in martyre posset admirari. GI. Potest etiã Periclis exemplum prædictis adiungi. Qui Sophodæ collegæ suo poetæ tragico ingenui pueri prætereuntis formam laudant increpans dixit, hominis manus non solum a pecunijs lucro sed etiã a libidinoso oculos aspectu continentibus esse debere. Quid tibi spuram commemorat qui non solum sensus continuit, sed etiã ne forma sua posset alicui sensus imprudenter gubernanti nocere prouidit. Dum enim intelligeret eximium decorum suum tantum libidinis irritamentum multis obesse, correpto cultro nares, labia, supercilia, mentum, genasque cecidit, qui quia paganus & gentilis erat, maiore admiratione persequendus est: Studeamus igitur forti inuictoque animi robore sensus nostros sic continere, ut per eos nil nisi quod nobis immortalis uitæ spem repromittat exerceamus. Veniendum nunc est ad premij futuri considerationem.

DE PREMII FUTURI CONSIDERATIONE.

Equidem fili Adriane libidinis continentia non parum laboris & sudoris præ se ferre uidetur, præsertim in adolescente. Quam rem animaduertens ille rerum conditor immortalis deus magnitudinem laboris copiosa mercede pensauit. Sed quo grauior est labor, tanto maius est premium. Fortiori militi, & qui periculosa in belli seruire pertulerit, præcipuo quodam præter ceteros coronæ premio donari consueuit. Tanta sunt præmia quam uirginitati debentur, ut si per eis accendendis quisquam nostrum sub Aethnæ specu ardentissimo Nestoris annos & ætatē Sybillæ duplicatam uixisset, nondum tantillam partem meruisset. Quoniam præcio sedes immortalis, omnis expertis mœroris & tristitiæ, omni plena iucunditate, omni priuata caligine, omni referta lumine comparari posset. In qua iam factus mortalis fabricator mundi huius qui quadam mirabili prouidentia gubernatur posses assiduo contemplari. Sed foret fatius nihil quam pauca de celestibus loqui, quorum minimam portiunculam Paulus agnosces uociferabat. Quis separabit nos a charitate dei: gladius an fames: an omnia quæ possunt excogitari tormenta: O Paulus quid si perfecte integreque ea cognouisses pro quibus crucem Petrus, uiolentam pellis detractionem Bartholomeus, lapidum sæuissimos ictus Stephanus, & alij innumerabiles perpelli sunt: Portaturi etiã pro patria celestia maiora & grauiora, si potuissent. Tanta sunt igitur uirginitatis premia futura quanta ex prædictis comprehendere potuisti, sed quid inquam comprehendere potuisti: quum nostra cognitio tanti non sit ut ad contemplandum minimum quod illorum se possit erigere: Audi queso quanta sint ea quæ nec ipsi qui uiderunt exprimere possunt. Aurelius Augustinus in se totus contractus forte semel cogitabat quænam essent celestia gaudia, ut possit mandare literis, & prodesse uentura

De uita beata

re posteritati, & dum arctius mētis neruos collegisset in unū, ecce repente fugatis tenebris (erat em̄ tunc mediæ noctis conticiniū) mirabile lumē emicuit. Mirantiq; Augustino & quærēti quisnā esset, se Hieronymū esse respondit, qui paulo ante corporis ergastulo solutus ad patriā migrauerat, & hæc uerba adiecit. Ante Augustine totū pelagus paruo uasculo cōcludes, ante orbē terrarū pugillo cōprehendes, q̄ possis cōlestiū gaudiorū minimū quid inuestigare, nisi ut ego nunc, sic & tu olim periculū feceris, & mox ex oculis euauit. Et ut etiā de paganis mentionē faciā, nōne q̄ plurimi eorū ut immortalēs fierent, sponte sibi manus intulerunt? Nōne Zeno, Cleantes, Chrysippus & Cato se proprijs manibus necauerūt, ut in cōelum migrarent? Propterea nōne Empedocles in ardentissimū æthnæ specū intēpesta nocte se precipit, ut citius trāliret ad superos? Quia si tāta erat in illis beatæ uitæ cupiditas ut nec uitæ suæ parcerent, quantomagis nos ipsi ut eam assequamur, breues quasdam delectationes effugiamus, & corpora nostra studijs asperiores consuefaciemus, ut possimus omne certamen sustinere uiriliter.

DE DIVINO AUXILIO

His habitis poterimus integrā seruare integritatem, si tm̄ res una superadita fuerit, hoc est diuinū auxiliū, Nec em̄ quicq; nisi deo propitio recte fieri potest. Quod ipse dū adhuc in terris uitā ageret testatus est his uerbis. Si ne me nihil facere potestis. Quoniā rerū deo tribuendus est honor, sed hoc auxiliū facillime cōsequet̄ qui cætera quæ prædixi firmo pposito retinuerit. Nec mos iste diuini auxiliij inuocandi apud nos solū obseruat, sed etiā ueteres græcorū latinorūq; poetæ tenuerūt. Vnde semp̄ in librorū exordijs numinis alicuius fauorē implorāt, quo cætera possint cōmodius adimplere. Or̄dus est itaq; deus, ut nobis sit auxiliū, quod facile impetrabimus, si orationis nostræ conditiones duas addiderimus, ieiunium, scilicet & elemosynas & hæc duo cū humilitate cōdiuerimus. ADRI. Est ne (ut aiūt) tam robustæ uirtutis humilitas? GI. Nemo est qui nesciat dæmonis superbiam nostra humilitate superari. Meminerunt sacræ literæ q̄ dū Macharius apud paludem quandā solus obambulare, humani generis inimicū curua falce armatum a longe uenientē pspexit, & cum falce sibi minitantē, quū iam accessisset ut ppius aspiceret, nec tm̄ obesse potuisset, cur hoc accideret interrogauit. Cui ille furibundus, sola inq; humilitas in te est homūcule q̄ te hodie fato subtraxit sed cauebis non impune seres. Videsne quo pacto uicerit dæmonis superbiam. Itē memoriæ p̄ditū est, q̄ dum Antonius solitudinis incola supra se mēte raptus esset, orbē terrarū connexis inuicem intricatisq; laqueis plenū uidit. Qua de re dolens humanā miserā (ut sui moris erat) grauiter ingemiscens, tractis ex imo pectore suspirijs. Heuheu inq; pater omnipotens, q̄s tot laq̄os euadere poterit? Et ecce uox ab incerto autore prolata, non tamen humana sic semel intonuit humilitas, nec amplius q̄ semel audita est, ac si manifeste

Frater Baptista Mantuanus

significaret solam humilitatē posse huius mūdi laqueos & insidias effugere. Quæ cū ita sit, studebimus ei familiares fieri. Sed de castitate disputasse iā satis uideor, reliquū est ut ad contemptū mundi finē cōuertamus. Quod equidē breuiter expediā, qm̄ iacto iam castitatis fundamēto quasi sua spē mūdi contemptus consequit̄. Mundi contemptū (si memini) supra cōmemorari nō solū esse utilē ad acquirendā quæ a nobis quærit̄ iustitiā, sed etiā necessariū, ita ut sine eo nihil fieri possit late pbauimus. Nūc quomodo posset inueniri succincte dicendū est. Eum igit̄ obtinebimus si tria diligenter nobis intellecta fuerint. s. instabilitas, insatiabilitas & sollicitudo.

DE INSTABILITATE DIVITIARVM.

De diuitiarū instabilitate multa dicere uelle superuacaneum uidei, quum non modo antiquis & ueteribus: sed etiam quotidianis & domesticis exemplis abundemus. Nemo est qui uesciat uulgatam illa sententiā. Fortunam nil cuiq̄ donat, sed mutuo dat ut possit idem cum liberit̄ iterū auferre. Sed nos dementes cum diu possidemus quod fuerit nobis mutuo datum in propriū usum conuertimus, nobisq̄ usurpamus quod ubi fortuna animaduertit, grauius ferens quod dederat adimit, alijq̄ largitur, & quanto nobis indulgentior fuerat, tanto molestior efficitur. Fortunā em̄ dicebant ueteres cūcta gubernare, & eius nutu cuncta disponi, & idcirco pingentes eam simulacro eius regimen attribuebant copiamq̄ adiungebant, quoniā ipsa esse putabatur quæ fruges om̄es parturiret, & ut ipsis uidebat̄ distribuere. Sed nos fortunam nescientes, quicquid fieri uidemus, ab immortali deo fieri putamus. Sed (ut dicimus) non permanent hæc bona quæ subito affluunt, & subito dilabuntur, nec stabilitatē habēt quæ nec bona appellanda Tullius estimat. Nouerat hoc Seneca poeta tragicus, quod ipse testatur in Thyeste dicens. Quem dies uidit fugiens superbū, hunc dies uidit ueniens iacentē. Quot reges, quot principes, quot etiā priuatæ uitæ hoīes uidemus, qui auro, argento, signis, tabulis, cæterisq̄ operibz abundāt, & paulo post seuiēte fortuna nihil horū habētes aspiciunt. Vidēsne quot græcorū olim potētissimi principes, nūc ab infestissimo Turcorū dūce ppulsi, sedibz incertis uictū uestitūq̄ mendicātes euagent̄. Qui si a principio uitæ diuitiarū instabilitatē cognouissent, eis hoc nō accidisset. nam nec in fragilibz bonis spem ullā posuissent nec se in superbiā pueriliter erexissent, sed prædecessorē suum sapientē illū Biantem studuissent imitari. Cuius cum patriā cepissent hostes, cæteraq̄ ita fuigerent, ut multa de suis rebus secū asportarent, quū esset monitus a quodā ut idem & ipse faceret, ego inquit omnia mea mecum porto. Nec non Marcum Curium Romanorum dūcem, qui quū uidisset ad se uenisse Samnitū legatos auri magnū pondus afferentes, subridens dixit, Ite & samnibus nūciatē Marcum Curium malle diuitibus imperare q̄ fieri locupletē. Nō ignorabat em̄ quāua sit diuitiarū possessio, quod etiā Epicurus qui summū bo

alia De uita beata

nūm in uoluptate ponebat, facile confitebā. Non est igitur huiusmodi bonis fides adhibenda, nec patiendū nobis quotidie tam turpiter illudi.

DE INSTABILITATE DIVITIARVM

Dic queso, audisti ne unq̄ mortaliū quenq̄ qui sibi satis diuitiarū diceret esse? ADRI. Audiui quidē q̄ hoc diceret, q̄ uero sic putarēt neminē uidi. GL. Rectus inquis, nā sēpius aliter q̄ sentiunt loquunt, nec mirū est, si neq̄ aiūs istis saturari, quū nec finitis impleri possint infinita, qd̄ uel maxime illo exemplo p̄bari potest. Alexander Philippi Macedonis filius quū audiūisset ex auctoritate Democriti philosophi plures esse mūdos heu me inquit miser, q̄ nec uno adhuc potius sum. Qui si nec toto mūdo satiabit, qd̄ amplius erat appetendū nisi cū cœlicolis noua mouere certamina? Quare satyrici n̄ i uerrissimo carmine cōcludendū est. Crescit amor nūmi q̄tū ipsa pecunia crescit.

DE SOLLICITVDINE DIVITIARVM.

Existimabāt nōnulli ueterū summā libertatē esse diuitijs abundare, & eū demū libertū esse putabant q̄ posset uno anno Romanorū exercitiū pascere. Ego uero hmōi hominē non modo nō liberū dixerim, sed nec libertati uicinum. Sunt em̄ in opibus anxie sollicitudines, quę antetēpus senectutē adducunt, & animū nostrū sic afficiunt, ut suū ipsius obliuiscat, & a recti certiq̄ iudicij cognitione recedat. Audisti ne unq̄ Senecā clamantē. Venenū in auro sumi, non aut̄ in uasis fictilibus & reges sui lateris ensem timere? Audisti ne prophetā dicentē. Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere? Audisti ne p̄terea quod passim recitari solet exemplū. Aiunt em̄ quendā regē dum sibi oblatū a populo diadema uideret, priusq̄ sumeret diu considerasse, ac demū dixisse. Onobilē magis q̄ felicē pannū, quē si q̄s agnoscat q̄ multis angustijs & sollicitudinibus refertus sit, nec humi quidē iacentē tolleret. Sed ut tibi de modernis aliqd̄ loquar, uir erat Florentiæ prædiues equestris ordinis, apud cuius ædes cerdo quidā exercendæ sutrinæ gratia paruulā scenā ex cōtextis tabulis erexerat. Quū is igit̄ nihil aliud haberet præter qd̄ labore quotidiano sic quæritabat, & nunq̄ nisi læto animo & serena facie uideret, p̄dines ille cuius supra memini satis admirari nō poterat. Tentari itaq̄ uoluit, esset ne uerū qd̄ sēpius audiuerat, diuitias, s. sollicitudinē parere, sumptūq̄ graue pōdus auri intempesta nocte per fenestrā in cubiculū eius tacite proiecit. Mane aut̄ surgens cerdo, proiectum aurum curarū radicē reperit, quod ubi cognouit paupertatē suā, miseratū dominū æstimans repente corripuit, cœpitq̄ dubia mente uersari qd̄ potissimū ex hoc faciendū esset, nesciebat em̄ an celandū an alicui ex amicis aperiendū esset. Si tacuisset, dicebat nō posse quicq̄ sine consilio recte ministrari. Si uero dixisset, timebat ne forte aliqua arte sibi surriperet. Hinc pfundæ cogitationis, hinc curarū immensus cumulus exortus, tandē quid faciat nescit, tristi uultu, confecto supcilio & ægro animo cogitabūdus, raro p̄cedebat in publicū. Quare compertū est in diuitijs esse tri

Frater Baptista Mantuanus

ficiā, merorē, angustias, & sollicitudines innumerabiles. Quo fit ut auisim
 dicere illas tanq̄ malū proniciendas, quo facilius ad iustitiā pertingere possi
 mus Et de his hactenus. ¶ Postq̄ duos gradus ascendimus, pudicitiā scilicet
 & mundi cō emptū, tandē ad ipsam iustitiā deueniemus, in qua ego uitā bea
 ram colloco. Nihil em̄ est aliud beate uiuere (ut M. Tullio placet) nisi recte
 uiuere in quo nihil deest ad beate uiuendū. Et qm̄ qd̄ sit ipsa iustitia superius
 satis liquide monstrauius, honestissimæ uoluntati tuę satisfecisse me puto
 ADRI. Profecto ita abunde mihi satisfactū est, ut uidere uidear ipsam uitā
 beatā manuq̄ cōtingere, nec despero quin ad eā peruenire possim. Sed tñ re
 stat adhuc unū, quod intactū nequaq̄ præteriri debet. Sūt pleriq̄ qui existi
 mēt sacras literas quia incultæ sunt paruifaciendas, & p̄cipue hi qui aliquid
 eloquētiæ gustauerūt. Et quia quicquid diximus in eis radicatus fixū est, nō
 alienū uidebitur, si paulo ulterius progressi fuerimus, & aliqua firmissima
 fidei nostrę adiuuēta numerauimus. Post hæc nō inconueniēs erit, si quedā
 quæ ex prædictis cōcepi dubia paulo accuratius enucleaueris. Sed quia iam
 medio cursu transacto præcipiti cursu sol uergit ad oceanum, rogo te pater
 ut dummodo dilucide quo breuius fieri possit dicas. GIGO, Dicis esse plæ
 rosq̄ qui sacras literas dicant floccipendendas, quia sunt simpliciter & sine
 ulla facundia prolatae. Primo igitur diuinæ legis simplicitas damnanda nō
 est, sic exprimi om̄ino debuit, partim quia per se uerax est nec indiget aliquo
 fucō orationis ad probandū (Res em̄ ueritate prædita simpliciter enuncian
 da est, res uero ficta quedā figmenta & colores postulat, quibus uerissimis
 appareat) partim quia illa quæ sunt in communi necessaria, cōmuni sunt ser
 mone dicenda. Vnde cautum est ut syngropha quibus rei citātur in iudiciū
 cōmuni sermone scribantur, ut possint etiā ab indoctis saltē sub nube intelli
 gi. Scribuntur etiā eo stilo causæ & cetera quæ in foro iudiciali tractant. Qu
 uero dicis esse sine facundia prolaras, nō plane assentior huic sentētiæ, quare
 duplicem esse facundiam uolo, uerborū. s. & sententiæ, iuuenū. s. & senum
 iuuentutis scilicet & maturæ ætatis. Iuuenum facundia in quo uersatur nisi
 in quibusdam politis & cultis dictionibus, quæ nihil aliud in se habēt nisi uē
 tosum tumorem & resonantiā, quæ solet imperitorū aures demulcere. Hac
 eloquentia nonnulli hac tempestate (qui si non sunt omnino boni, uidentur
 tamen) frequentius utuatur, & imperiti uulgi in se ora conuertūt. De quorū
 facundia lepidissimum illud Augustini dici posset. Hęc siliqua intra dulcete
 storū sonantes lapillos quatit. Sequuntur hanc nostrī eneruati poetæ, & isti
 us temporis semioratores. Nihil aliud est hæc quā prædixi facundia, nisi na
 uis in medio pelagi constituta, priuata regimine, nisi corpus siue anima, ni
 si organum auro argentoq̄ celatum sine animante spiritu, & deniq̄ nihil ali
 ud q̄ equus sessoris impatiens freno omniq̄ uinculo expeditus. Quo fit ut
 nullis unq̄ utilitati fuerit, nocumento autem plærisq̄ Altera uero facundia

De uita beata

sententiæ graui maturoq; passu graditur, quæ sapiëntia uocatur, eam qui sapiens dicitur habet. Hæc nihil effatur nisi quod prius excussum, ponderatū cribratū & acie mentis examinatū sit. Hæc si quid dicit quod cuiq; displiceat nil tamen quod noceat, tantoq; sapientior est, quanto nō fauorē populi, sed ueræ rectumq; sequatur. Hæc sine prima plurimū, prima uero sine hac nihil omnino potest. Hæc animæ illa corporis uicē gerit. Hæc animas illa animatum. Sicut igitur potest anima sine corporis adminiculo uiuere, sic etiā ista quā uoco sapiëntiā sine facundia uires suas explicare potest. Fuit igitur in sanctarū literarū autoribus hæc eloquentia precipue, sed nec omnino prima defuit, quā nō multo sudore & labore quemadmodū alterā quesierūt, sed tanq; ultro se offerentē & spōte sua sequentē acceperūt. Hęc est illa facundia qua usi sunt apud græcos philosophorū principes Plato, Theophrastus, Aristoteles, & pleriq; aliq; qui more oratoris mallebant esse sapientes q; uideri. Q; igit dicūt sermones nostros esse simplices, cōcedemus quidē primos parētes nostros sic loquutos fuisse, quali fundamentū iaciētes. Si v̄o aduerterimus qd sup illo ædificatū sit, inueniemus parietes auro argētoq; celatos. Primo itaq; apostolos silentio præteriēs tanq; oibus cognitos de græcis christianis mentionē faciā. Fuit Origenes qui Celsio, Methodius Eusebius & Apollinaris qui Porphirio heretico rñderunt. Origenes octo libris, Methodius decē millibus uersuū, Eusebius quinq; & uiginti. Apollinaris triginta uoluminibus. Quadratus apostolorū discipulus Atheniensis ecclesiæ pontifex Adriano principi Eleusinæ sacra uisenti lib; pro nostra religione tradidit, cui tanta ineratiucūditas sermonisq; festiuitas, ut illius excellens ingeniū (sicut Hiero. affirmat) grauissimā imperatoris psequutionē extingueret. Eidē Adriano doctissimus phūs Aristo. p christianis tradidit Apologeticū. Quid tibi Iustinū militonē Sardensem episcopū Apollinariē hierosolymitanæ ecclesie præbyterū? Quid Dionysiū Corinthiorū episcopū, qui scripsit quibus philosophorū sententijs descenderit hæresis Origenis? Quid deniq; tibi Panthenū cōmemorē q ob præcipuā doctrinā predicaturus ad Indię philosophos missus est? Adiungā etiā Clementē, Milciadem Iuliū Africanū, Theodorū, Dionysiū Alexandrinū episcopū, Anatholiū, Pamphilū, Lucianū, Malchionem, Eusebiū cæsariensem episcopū, Eustachiū, Athanasiiū, magnū Basiliū & infinitos alios longū esset numerare. Veniā ad latinos. Tertulianus apologeticū scripsit, Minutius scælix contra mathematicos. Arnobius septem libros contra gentes, & eius discipulus Lactātius totidē contra gentes, Edidit etiam de ira dei, de opificio diuino libellos duos, necnon & epistolarum carminumq; uolumina plurima. Item Victorinus, Cyprianus, Boetius & Hilarius. qui scripsit librum contra Diascoridē medicū. Iuuenius super imperatore Constantino saluatoris historiā uersibus explicauit. Quid uero Ambrosius, Augustinus, Gregorius & Hieronymus secerūt in oīm manib; est.

Frater Baptista Mantuanus

Isti omnes graeci pariter & latini, quos haecenus numerauimus, ita sapientiam cum eloquentia iunxerunt, ut eorum scripta legendo quid inter eos & Tullium & Demosthenem intersit discernere nescias. Nec mireris, si superius dixerim facundiam fugiendam esse, nunc uero dicam & in nostris eam fuisse. Sic enim capiendum est, ut facundia sine gubernatrice sapientia uana sit, sapientiae uero copula non sit aspernanda. Vñ. M. T. Cicero romani eloquii princeps ad Herennium inquit. Non parum fructus in se habere copiam dicendi & comodatam orationis, si recta intelligentia & definita animi moderatione gubernetur. Quo fit etiam ut Quintilianus oratorem definiens dixerit. oportere eum esse uirum bonum dicendi peritum. Primo uult esse in oratore bonitatem, quam quae magis sunt necessaria in primis sunt inuestiganda. Et ut paulo audacius loquar, si quis uir bonus fuerit, quis ea tam exquisita dicendi peritia caret, modo impetret quid uult oratorem nominabo, nam finis orationis est ad persuasionem dicere. Praeterea non minus uictor appellabitur qui uicerit hostem si ferreis armis usus est, quam si aureis munitus fuisset, nec ianua minus apta dicitur quae clauis ferrea quam quae argentea fuerit patefacta, nec minus uictor appellabitur equus macilentus quam pinguis & obesus, qui modo ante alios metam tetigerit. Habet igitur christiana fides ueteris nouique testamenti oratores excellentissimos quibus armata non dubitat cum gentiliu aetate certare. ADRI. Habeo quae dicis, & miror quod haec omnia tam breui tamque dilucido uerborum ambitu disserueris, & gaudeo quia quod nesciebam didici. Sed quum superius de uita beata disputarem, unum mihi restitit de quo nunc a te certior fieri uellem. Possit ne inquam uita beata in diuitiis reperiri? Et si forte possit, in quibus potius, an in pauperibus, an in diuitibus? GI. Haec sane beatitudo inter omnes homines tam pauperes quam diuites inueniri potest. Deus enim uult omnes fieri beatos, diues qui multis affluit diuitiis fiet beatus, si fortunarum suarum non solum possessorem, sed etiam se cognoscet esse dispensatorem rem familiarum integre sancteque gubernet, nec plus nec minus quam cuiusque necessitas postulat efficiens, sed praeter caetera pauperum non obliuiscatur, quibus si quis in uita subuenierit qui sibi subueniat dum mortuus fuerit non indigebit, sic per foramen acus omni onere reciso camelus intrare poterit, si gracile politum & expehitum se reddiderit. Sed haec uia quia laboriosa minus quidem trita est, paucique in numero diuitum reperiri solent qui possent ad beatitudinem peruenire. Igitur paupertas est potior, quod facile concedes si quid in ea illa mali & quid in hac boni sit ostenderimus. Magna rerum copia, magnus curarum aceruus, diuitiae non sine magno sudore acquirunt, aliquando dum quaerunt amittuntur, nonnumquam possessores suos secum trahunt ad interitum. Nec longe exempla petamus, quotidiana sufficiunt. Nauigant oceanum mare, nauigant hellepontum, in patriam reuersi hereditatem ab affinibus defraudatam, matrimonium uel pollutum uel suspectum: liberorum uitam uel prauam adhuc in dubio positam, rura rusticorum inculta uel sterilia uel omnino male culta reperiunt, indignantur, irascuntur

De uita beatā

Curant, & tamen ut solitam grauitatem inter amicos obtineant, graues ani-
 mi motus difficili patientia reprimunt. Interueniunt necessarios & affinium
 repentinæ mortes, lugubri ueste tegunt, & dū interdū mira lætitia redundēt.
 opus est ut mœrorē simulent. Accidit ut principibus suspecti sint, quo fit ut
 uel penitus excidant uel saltē retrorsum cedāt, nōnunquā exultātes errāt. & tā-
 to grauius aduersam sortē gerūt, quanto mollius ante uixerāt. Sed sufficiat
 de multis pauca numerasse, quis posset in tot molestijs quieto anio uiuere?
 Hæc mihi nūquā uita placuit. At paupertas remoto se custodit in angulo, nō
 coniugis, non liberorū curā, non regū aut principū graue odiū, non agrorū
 aut uillarū sterilitatē formidat, nec iuuida est, nec inuidiosa, nō exilium, non
 carcerē, nō uenenū timet, & ab omni tumultu seclusa trāquillo fruitur ocio.
 Hæc est illa beatitudo quā Diogenes regū delitijs prætulit, qui dū in radice
 montis sederet ad solē, interroganti Alexandro, qui uirtutē eius crebro ru-
 more cōpulsus aduenerat, ut si quid uellet peteret, id imprimis uelle respon-
 dit, ne a sole sibi obstaret. Recte ille, si fidelis & fidei gratiā habuisset beatus
 diceret: Sed quid Hora. Flac. senserit quæso aduertite. Sic scribit ad Lolium.
 Nō possidentē multa uocaueris recte beatū, rectius occupat nomē beati, quā
 deorū Muneribus sapienter uti, Durā quæ caller pauperiē pati. Peius quæ læto
 flagitiū putat. Et alibi. Eradenda cupidinis per prauæ sunt alimēta & tene-
 ninus Mentis asperibus Formidæ sunt studijs. Nōne Tibullus quæuis poeta
 lasciuus inquit: Ne mea paupertas uite traducat inerti, Dū meus assiduo lu-
 ceat igne focus. Nōne Iuuenalis quæuis paganus talia loquit. Cæta bit uacuis
 corā latrone uiator. Omittenda igitur sunt hæc oīa, & præclara uirtute pectus
 munien dū, opes em magis oneri sunt quā usui. Taliter igitur quisque uiuat, ut quæ-
 lis uideri uelit talis sit, sic enim cito ad gloriā perueniri Socrates putat. Offert
 se nobis Demetrius imitatione dignus, cuius pater quū tot opibus abundaret
 ut Xerxis Persarū regis pascere posset exercitū, pauca summa retenta cæte-
 ra reipublicæ remisit, studuitque Athenis diu incognitus. Sed quid ego pau-
 pertatē laudare progo, quū in ea beatitudinē inesse & Anaxagoræ philosophi
 sententiā, & oraculo delphico cōpertū sit? Anaxagoras em interrogatus que-
 nam esset in hoc mūdo uita beata, nemo inquit inter eos quos tu foelices sed
 potius inter eos quos miseros existimas, beatus inueniet: Nam nō ille est di-
 uitijs aut honoribus affluens, sed aut nō ambitiosæ doctrinæ, aut parui ru-
 ris cultor, & in secreto quā in publico beator. Giges Lydiæ rex præter oēs di-
 tissimus Apollo cōsuluit: esset ne alter se beator. Cui responsum est Aglan-
 quendā senio confectū Arcadiū pauperrimū, tenui paupertate cōtentū beati-
 orem esse. A nostris taceo qua sic laudata paupertas, quū pater omnium deus
 eam præter ceteras uirtutes mirifice coluerit. Non em habebat ubi reclina-
 ret. Quo fit ut diuites magis uideant, pauperes uero magis sunt quā uideant
 beati, tantoque beatiore sunt quanto ignobiliores & despectiores habentur

Frater Baptista Mantuanus

ADRI. At paupertate studium impeditur. GI. Quid attinet? Quasi nō possumus sine studio esse beati. Plurimos tamen memini me legisse, qui in ultima calamitate constitui ad summū literarū culmen euaserunt. Flaccus libertino patre natus, Virgilius figulū & inopē sortitus est parentē. Pythagoras ex infima seruili conditione clarū lumen emicuit, primus oīm qui philosophus appellatus est. Propterea dicebat numerū imparē deo chariorē, quasi iam trinitate diuinaret. Sed quid pauperius Codro? Cuius diuitiæ erant sex fistules urceoli, & cuius diuina carmina rodebāt mures. Cleantē Chryssippi discipulū fileo, qui tanta miseria oppressus ut postq̄ tota die studijs operā dedisset, uictus quærendi gratia noctē quoq̄ in hauriēdis aquis cōsumebat, idq̄ assidue factitabat, nec potuit paupertas obsistere quin doctius euaderet. ADRI. Cur sit ut tam pauci beate uiuāt? GI. Hoc duabus ex causis solet euenire. Primo fidei defectu. Quis est tam uecors & mentis tam impotēs, ut se ad anfractum uitiorū reflectat, si quæ bene ueniētibus promissa sunt uera putauerit? Quare Augustinū dicere solitū accepimus, actiōes fide metiri. Secūdo quia (ut Lactantius testatur) uirtus amaritudine miscetur, uitia sunt dulcedine limitata, illa offensi hac decepti per uitiorū precipitia ferūtur. Et tria sunt præcipue quæ nos in omne scelus præcipites agunt, est inq̄ cupiditas, libido, ira. Cupiditas diuitias inquit, contra quā paupertatē polui. Libido sitit uoluptates, cui resistit cōtinentia quā prædixi. Ira quæritat ultionē, cui opposuimus humilitatē & iustitiā. Et idcirco ueteres poetæ ppter hæc capitalia uitia tres furias esse dixerūt. Atq̄ hæc addidi, quia duo sunt sapientiæ gradus, scilicet bona cognoscere ut teneant, & mala pariter ut fugiantur. ADRI. Iam mihi abunde satisfactum est, reliquum est ut ad partem ultimam edisseras, si qui inquā sint hac nostra tempestate qui beatam uitā uiuant, ut sermo noster simul cum die finiatur. GI. Magnū est inexplicabile quod scire laboras, nam beatitudo nostra circa interiora uersatur. Et quis potest occultas alieni cordis latebras uisū penetrare? Sed ne te fame deficere permittā, quod intelligere uideor aperibo. Qui præcepta legis obseruant ea conditione ut nihil faciendum omittant, beate uiuere nuncupant. Et quicunq̄ a mīdi perturbationibus fugiunt, ut collecta mente deo seruiant: præcepta seruare uidebunt. Huius autē uitæ sunt qui ab eremo eremitæ, & a cœnobio cœnobaræ dicuntur. Illi primi Bapt: stā, isti uero duodecim sapiētes imitant. Illoꝝ syluestris, horū domestica est uita. Cœnobaræ multitudo in quatuor tribus distribuit. Prima carmelitarū, secunda Augustinū, tertia Dominicū, quarta Franciscū habent autorem. ADRI. Qui sunt quos tu superius duodecim sapientes appellasti? GI. Si olim græci septem uiros sapientia præditos septem sapientes nominabāt. Quis apostolos sapientiæ nostre fundatores duodecim sapientes nuncupare nos prohibebit? ADRI. Quoniā nos in carmelitarū tribu numeramur, dic quæ nostra fuerit origo? GI. GIG.

Inter
festinam
gus Pon
ra sedet
quidam
quoni
strepiti
tus sec
ter sapi
pellaba
modo
ros emi
Is in pra
pertaten
etiam ib
tis: & in
autem n
ad quar
Nonnu
fretu &
Quæ do
stis uiu
terris H
digniss
peripari
pinquar
rus sub
tis incol
tali deo
dem mi
ebant, P
& magn
migrati
debant l
fice col
rum im
ma: ua
tantæ cla
tempore

De uita beata

DE ORIGINE CARMELITARVM

Inter Armeniam & Euphraten iacet Syria, cuius pars est regio quam Pa-
lestinam dicunt, cui India quoque subiaceret, a Iuda quodam Israelis filio (ut Tro-
gus Pompeius autor est) sic appellata. In medio Iudaeae tanquam umbilicus posi-
ta sedet Hierusalem, a quo non longo interuallo distare perhibetur mons
quidam non minus iucundus quam amoenus, cui nomen est Carmelo. In quem
quoniam gratissimam praestat incolis habitationem, & quia ab omni hominum
streptu paulo semotior est, nonnulli ex circumstantibus urbibus antiquis
secedebant, ut omnem uitae curriculum optimo summoque deo prudens-
ter sapienterque dicarent, & hi quidem prophetarum discipuli dicebantur. Ap-
pellabant enim olim prophetae qui scirent multo ante futura praedicere, quos
modo nos a uaticinando uates appellamus. Inter quos Helias praeter cete-
ros emicuit, fuit enim prophetarum primus qui se matrimonio contineret.
Is in praedicti montis radicibus sibi struxit habitaculum, quod non solum pau-
pertatem, uerum etiam mirabilem praese ferebat habitatis humilitatem. Erat
etiam ibidem locus in amphiteatri modum extructus, cellulis seriatim posi-
tis: & in uiuo saxo uel arte uel natura conatis undique circumseptus. In summo
autem montis uertice procul aspicientibus superba se monstrabat habitatio,
ad quam gradibus hinc illincque in monte excisis paulo laboriosius ascendit.
Nonnulli ex nostris mare nauigantes, & omnem montem & rura uiana cum
fretis & fluminibus in tabellis pinxerunt, pictaque ad nostras oras aduexerunt.
Quae dum nonnunquam contempler, uideor mihi in illis rupium caernis no-
stris uiuere patribus. Hic itaque uixit Helias, qui postquam igneo curru raptus
terris Heliseus eius discipulus non solum loci, sed etiam uirtutis eius remansit
dignissimus haeres. Crescente paulatim multitudine non platoniorum, non
peripatheticorum, sed sanctorum hominum noua secta constituitur. Appro-
pinquante interim nouissimo saeculo dei filius genus humanum reformatu-
rus sub uirili specie descendit in terras. Quam rem audientes Carmeli mon-
tis incolae (erat enim pene per totum mundum fama diffusa) maximas immor-
tali deo gratias egerunt, quoniam quem tanto tempore expectauerant tan-
dem misisset, nam diuino spiritu praemoniti Christum semel uenturum certo sci-
ebant, pluribus annis euolutis basilicam ut potuerunt humilem construxerunt,
& magni saluatoris matri dedicauerunt. Iam enim ipsa e terris sublata caelestem
migrauerat ad patriam, & unanimes ei diuinos tenues tamen quotidie red-
debant honores, reddituri tamen maiores si potuissent, magis pie quam magni-
fice colebant. Iam mutata erat in baptismum circumcisio. Et ecce magno armo-
rum impetu barbari prorumpentes e Hierusalem omnia uicina loca ferro flamma-
que uastauerunt, & plurimi carmelitarum gladius caeli sunt, pauci uero qui
tantae cladi superfuerunt nauibus euecti in gallias uenerunt, qui procedente
tempore seu propter loci mutationem, seu propter malorum consuetudinem

Frater Baptista Mantuanus

(ut sit) ceperunt paululū languescere. Inter quos Thomas quidē gallus qui pristinū feruorē adhuc in pectore fouebat: cū paucis Italiam se contulit. Sic em̄ deo uisum est, ut ea regio quæ cæteris omni munere præstat hoc etiā uisitorū habeat ornamentū. Turpe nāq; quū res ulla tm̄ uno indiget ad perfectionē id nō addere (si possis) ut perfecta sit. Verū nō solū Italiæ, sed etiā uiro sancto deus ipse consuluit: illi em̄ dedit cuius uitā possit imitari, isti uero purpurei diadema martyrii. Nam dū bene beateq; uiueret, a quibusdā inuidis apud summū pontificē captus accersitur, & post carcerē, post tormēta, post cruciatus, tandem quū nihil damnabile reperissent grauius inuestigat, quod iurenō potuerunt iniuria perficere fortiter accinguntur, & comburendū sce scelerato rogo cōmiserunt. A quo prorumpis efferate liuor Amphibalum Videasne candidissimū eius amphibalū, quo ut nos utebatur purē conscientie testimoniū esse: q; si nō ut hoīem uerebare, saltem ut magnæ matris militē ueritus esses. Sed tm̄ illum nō occidisti, nequit em̄ anima extingui sed illius terrenū corpus uiolando fecisti, ut citius uita donaret æterna. Huius flamas nō Scæuolæ rogo, sed Laurentij posse cōparari nō dubito, dicant quid uelint, obstrepant, clamitent & insaniant, ille summo uiuit olympo. ADRI. Narrasti triste facinus ipsis qui intulerūt diu multū deplorandū, & qui posset malefactoribus delicti ueniā impetrare alius Thomas nō superfuit. GLIGO. Sed multa de hoc uiro, multa etiā de prædictis fratribus silentio præteritui, nō em̄ q; pacto ipsi a mōte quē incoluerūt, & ab ecclesia quā cōsecerūt cognomē acceperūt. Dixi scilicet ut fratres beate Mariæ mōris carmeli nūcupati sint, nec ut eorū priuilegia ab Alberto hierosolymorū patriarcha cōditata, & ab Innocētio quarto pontifice summo cōprobata fuerint, sed hæc alio tpe dicēda referuo. Hæc ad præsens habui quæ de uita beata dicere, qua muniti utinā ad illā immortalē gloriā olim peruenire possimus.

HERMANNI BVSCHII ODA DE CON- temnendo mundo & amanda ola uirtute & scientia.

Ipsē cum solus uarios retracto
Exitus uitæ studiumq; nostræ
Dispar, & curas sibi dissidentes
Cassaque uota.
Rideo partos hominū triumphos
Regium nomen, nitidamq; rubri
Littoris conchum, tyrioq; pictas
Murtice uestes.

Rideo quicquid legit astur auri
Fertiles campos Libyæ Sabæi
Pulueris fumos, solymiq; munus
Balsama regni.
Rideo merces alio petitas
Solo rostratis cupide carinis
Et per ignoti finuosa uectas
Littora ponti.

Petri Bolandi Distichon amatores mundi contēpto deo
adulteris & oui pereunti similes esse.
Quicquid amauerimus mundi te Christe relicto
Dicamur & mechis similes & oui pereunti.

Petri Bolandi distichon de ambitiosis ut inferiori
bus & miserioribus cohabitent.
Qui sibi iure cupit deferri & poscit honores
Hunc inter miseros uiuere non pudeat.

Distichon Iacobi Vuimphelingi ad Petrū Sturm bonæ
indolis nobilem puerum de uera nobilitate.
Dilige uirtutem & sophiam flos candide Petre
Nobilis hinc uere, tuq; beatus eris.

Ioannis Alphonfi distichon.
Non audet stygius pluto tentare quod audet
Effrenis monachus, plenaq; fraudis anns.

In coniurationem Sorulariã aut Sculponiæ disti-
chon Iacobi Vuimphelingij.
Ocia, scorta, merum, ludus mihi damna tulere
Hinc clerum & ciues me spoliare iuuat.

Aliud eiusdem in eosdem
Ocia, scorta, merum, ludus, simul æs alienum
In clerum & ciues nos coniurasse coegit

Epitaphiū grauissimi uiri. M. Cratonis Vdenhemij Sles-
stattinæ iuuentutis præceptoris. Editum a
Ioanne Gallinario. B.
Crato iaces gelidus ludi uenerande magister
Te tua nunc grauitas nunquid ad astra uehit?
Plangunt Heluetij, plangunt te iure Trebotes
Vangiones, Nemetes, Herciniumq; nemus
Te pueri insontes plangunt docilisque iuuentus
Recta quibus uitæ uiuus amissis eras.

des personæ

te hys orant

more incerta:

radura in mundo:

ulsi qui in sepulchris stant:

ffant a memoria hanc:

is: absentes nescit:

quis xitatem quis pariter nobis q. edat vitam eternam

Distichon Ia. Vuimphe. ad oēs morituros.

Mors est certa, incerta dies, & cura nepotum
Consulat ergo animæ qui sapit ipse suæ.

qui dicit se uisum existimabat
qui in ore testabatur oim: Colit mundum
De sequitur morientes. Scatis q. q. stent fallat
quis xitatem quis pariter nobis q. edat vitam eternam

CHRYSOSTOMVS LVCANVS HISPA
niarum orator. Sebastiano Brant. S.

Mi Sebastiane sis saluus & fortunatus, ut cupis. Heri quum tua opera
& senatus benignitate inspiciendi huius urbis præclarissima quæq; nobis
copia facta esset, ut nos singula summopere delectarunt, & uniuersa sumus
admirati. Sic nos eorum amplitudo compulit, ut musas nostras iam pridē
obdormientes excitaremus. Itaq; cum primum ad hospiciū remeauī, hos
uersiculos inter potātium clamores, & pitissans ego & immurmurans eru
ctui. Eos licet mensam & (ut recentiores dicunt) stupham sapiant, ad te ta
men uirum doctissimum & castigandos, & præclarissimo senatui meis uer
bis offerendos mittimus. Vale & nos ama. Raptim penulatus & ocreatus
obuio calamo & papiro.

Argentina tuas primus qui condidit arces
Tam præclaratibi nomina iure dedit
Sed qui nunc spectet quæ templa, palacia, muri
Sunt tibi, quæ turrets, horrea, strata, fora
Addo alias qui spectet opes, hominesq; nurusq;
Iure tibi ex auro hic nomina danda putet.

Excussit Ioannes Priis iunior Ciuis
Argentinensis. Anno salutis
humanæ Sesquimillesi
mo Decimo
quarto.

